



22

Præ. 23. num. 46. #2.
L. D. B. V.

31

DE
EDICTALI CREDITORUM
CITATIONE

1729, 1

VULGO

PROCLAMATE

SECUNDUM

JURA SLESVICENSIA AC
HOLSATICA,

GRATIA ET AUSPICIIS

RECTORIS

MAGNIFICENTISSIMI,

AMPLISSIMI ICTORUM ORDINIS

CONSENSU,

DIE XXI. JAN. A. O. R. MDCCXXIX.

IN AUDITORIO MAJORI

HORIS CONSUETIS

SINE PRÆSIDE

DISPUTABIT

JOACHIMUS FRICCIUS,

HOLSATVS.

P 487

K I L I Æ,
LITTERIS VIDIUAE B. IOH. CHRIST. REUTHERI
ACAD. TYPOGR.



EDICTAL CHADIT GNUM
CLIA HONE
VILCO
PROG AMATE
D. OUDUM
IURA S. VICENZA AG
HOLLANDIA
GRATA ET AUG. CIB
RECTORIS
MAGNIFICENTISSIMI
AMPLISSIMI POTISSIMI ORDINIS
DIE X. JAN. A. 1611. MDC. XI.
IN ADDITIONE M. 1611.
HON. C. 1611.
SINE PRÆSIDIO
JOACHIMUS TRICCIUS
HOLLANDIA
LITTE. I. D. 1611. C. 1611.
A. 1611.



REGIÆ SUÆ. CELSITUDINI.
SERENISSIMO. PRINCIPI.
AC. DOMINO.

DOMINO.
CHRISTIANO.

PRINCIPI. HÆREDITARIO.

REGNORUM.

DANIÆ. NORVEGIÆ. VANDALORUM. GOTHORUM.
DUCI.

SLESVIGI. HOLSATIÆ. STORMARIÆ. DITHMARSIE.
COMITI.

OLDENBURGI. ET. DELMENHORSTI.

MAGNI. PARENTIS.

EXEMPLA. IMITANTI.

NON. PURPURA. NON. ORTU. MODO.

SED. ET.

IN. REGNA. AC. DUCATUS. CURA. ATQUE. AMORE.
FUTURO. REGI.

QUI.
SE. DIGNOS. ALIQUANDO. SUBDITOS.
UT. FACIAT.
PRÆLUCET.

MIRA. IN. DEUM. PIETATE!
PULCHERRIMO. OMINE.
CUM. DEL. SIT.
FELICITATEM. ET. PERENNITATEM!
REGNIS. CONFERRE.

DOMINO.
SVO. CLEMENTISSIMO.

HOC.
SACRUM. ESSE. CUPIT.

JOACHIMUS. FRICCIUS.
HOLSATUS.

§. I.



ambigui significatus vocem recte dixeris Proclama, si ad varias, in quas passim & in legum & authorum codicibus accipitur, sententias respicere velis. Ut enim plures alias omittam: nunc in termino emanentis citationem das dreymahlige Ruffen denotar, Landgerichts-Ordnung P. II. Tit. VI. §. 1. und wohl mitten in dem Gericht sich absentiret; daher zuforderst Proclamata ergehen, und nichtsdestoweniger das Gericht deren Ankunfft erstlich erwarten müssen. Nunc publica programmata, quibus die Quartal- und Land-Gerichte indicuntur, designat, Fuchs Introd. in Process. Holsat. Lib. I. Cap. XX. §. 4. nunc significat Licitationem, publice præmissis Sereniss. Princ. Nominibus, faciendam, de certo quodam prædio plus offerenti addicendo; cui rei exemplo esse potest proclamatio prædii Klein Nord-See. Decret. Gottörff. d. 14. May 1639. Quum autem pro ambiguis habenda non sint, quæ aliunde perspicua sunt, haud erit ambigue scriptum, si edictalem creditorum citationem, tam ad profitenda & justificanda Credita, quam debitoris bona distribuenda sub pœna præclusi & perpetui silentii emissam, Proclama appellavero; propterea quod omnes in consuetudine loquendi sic eo verbo uti soleant. Ita autem alii quos attuli significatus rariores sunt, nec versantur in sermone quotidiano, sed ab usu nostri temporis fere remoti. Contra, Proclama nostro hoc sensu crebro occurrit in iuribus horum Ducatum. vid. Constit. Regia Dithm. de Ao. 1639. vom Concurfsu Creditorum §. 4. So ordnen und wollen Wir, wann der Concurfsus auf vorhergehende gewöhnliche Proclamata angestellet. Pinnenb. Hofger. Ordn. P. V. T. VI. §. 11. wann jemand seinen Creditoribus nicht weiter gerecht werden kan, werden die Proclamata ad profitendum & de-

A

du

ducendum prioritatem verhänget. **Hamburgisches Stadt-Recht** P. I. t. XIV. von dem Proclamate oder öffentlichen Citation. **Friedrichstädter Stadt-Recht** Part. II. Sect. I. Tit. XI. von dem Proclamate, ofte openbare Citatie & quæ in hac Dissert. adduxi præjudicata. Eo ipso in supplicibus ad Serniff. Principes litteris pro impetranda creditorum edictali vocatione utimur. Est illud huic citationi solenne & proprium; adhibetur in programmatibus, quæ eo nomine expediuntur; frequentatur in judiciis, auditur in foro, & si in re tam clara testibus opus; Fuchso diligenti praxeos Holsaticæ scriptori, nostro inprimis sensu frequens proclamatis est mentio, L. III. c. XI. eodemque significato utitur Reinking in Promt. ad O. P. Tit. XL. §. 2. Imo etiam ejusmodi expeditiones in Cancellariis hoc verbo in dorso notantur; & haud dubie hæ ipsæ intelliguntur P. IV. Tit. IV. O. P. ubi proclamata in taxa sportularum ultimo loco referuntur.

§. II.

De proclamate igitur, significato modo allato, in præsentia nonnihil differere libet, patrii secundum juris placita. Quamvis enim jura nostra scripta ad occurrentes difficultates tollendas haud sufficere videantur; cum Holsatia scripto jure proprio universali non gaudeat **L. G. O. P. II. Tit. III. §. 3.** Proindeque d. Ord. & Const. Ducalis vom 24. Sept. 1708. remiserit judices **an den alten kundbahren Landes-Gebrauch, so der Vernunft und Billigkeit nicht zuwieder.** In Ducatu vero Slesvicensi multa usu veniant de quibus in jure Jurico nil cautum extat. Nemo tamen inficias ibit, hunc defectum supplere observantiam & mores: Hos namque in nostris terris juris partem facere, arguunt allegati textus; comprobant multi ex iis qui res patrias memoriæ prodiderunt, **C. Danckwert in der Schlesw. Holst. Landes-Beschr. P. I. c. IV. p. 23. & P. III. c. II. p. 172. Auctor des Staats der Herzogthum. Schlesw.**

Schlesw. Holst. c. XI. §. 4. Dn. F. E. Vogt, Diff. von der Hu-
 venb. Gerechtigkeit Sect. I. §. 1. pag. 40. Joh. Müller Itag. ad
 Hiltor. Chers. Cimbr. c. XV. §. 6. Optime vero, quantum tri-
 buatur institutis majorum continuo usu ad nostra usque tem-
 pora deductis, ex norma ista nostrorum judiciorum ordina-
 tione provinciali colligitur; hæc enim quam sapissime ad ea
 se refert wie es vor dieser Zeit und von alters her ein Ge-
 brauch und Gewohnheit gewesen v. c. P. III. Tit. XXII. §. 1.
 P. I. tit. II. §. 5. & seqq. t. III. §. 2. 7. 10. & 11. Tit. IV. §. 2. 6. 28.
 t. V. §. 1. 4. P. II. t. II. §. 1. 8. 10. t. III. §. 3. Sequentibus ejus ve-
 stigia atque imitantibus exemplum summis in his terris Tribu-
 nalibus: uti ex allegatis judicatis perspicuum est, obvenien-
 tibus passim formulis dem Herkommen gemäß, üblichem Stry-
 lo nach, was den Rechten und Landes-Gewohnheit nach,
 sich gebühret.

§. III.

At vero quidnam a majoribus introductum longoque
 usu servatum ad nos pervenerit, non posse aliunde melius
 addisci, quam ex actis judicialibus & controversarum cau-
 sarum Decisionibus, quas præjudicata vocamus, vere videor
 posse contendere; quin imo hoc etiam sine protocolla judicio-
 rum, sententiæ & enunciata, summa diligentia conscripta, magna
 cura ut custodiantur in O. P. P. II. t. IV. §. 5. sollicitè cautum
 crediderim damit in den Gerichts-Händeln jederzeit gute
 gewisse Nachricht vorhanden. Occurratur ut illis, qui
 ea propter de consuetudinibus minus bene sentiunt, quod eas
 memoria tantum hominum contineri existimant. Leyser. Diff.
 de Collat. Prisci Juris Saxon. cum Jure Rom. §. 8. Neque et-
 iam certius, de eo, quid moribus obtineat, testatur quicquam,
 his ipsis præjudicatis; debent namque inniti consuetudinibus
 res judicatæ L. G. O. P. II. T. III. §. 3. & P. II. T. II. §. 10. Sed
 & ut ad illas respiciatur in judicando jubent Sereniss. LLatores

L. G. D. P. IV. T. 32. §. 41. in verbis hat man sich nach dem zu richten, was in vorigen Jahren durch Uns die Landesfürsten constituiret, oder auch an Unserm Land Gericht, nach reiffer Erwegung aller Umstände, erkannt und ausgesprochen worden. Probant judicia hunc docendæ consuetudinis modum, suaque autoritate confirmant. Auf Gerichtlich recessiren der Haselauischen Erben Curatorn contra A. v. A. cum Curat. und. H. v. B. Fürstl. Raht und Amtmann zu Gottorff, ist dieser Bescheid: Die weil gemeldte Haselauische Curatoren der Zeit zweyer Monathen, zu Beweifung der Landes Gewohnheit, so in Zeitwehrenden diesem Land Gericht publicirten Urthel ist specificiret, sich verziehen und ad probationem in continenti per judicialia decreta & sententias, sich erboten: ist ihnen hiemit auferleget, solcher Præjudiciorum glaubwürdige Copias dem Gehentheil unverzüglich zu überreichen, darauf beyde Theile in noch während der jeziger Wochen ihre schließl. Gegenhandlung zu ihrer allerseits eigenen Besten einbringen, und endliche Entscheidung ihrer Streitigkeit vor geendigten diesem Hollst. und Schlesw. Gerichten erfolgen soll. Decret. Haderl. den 26. Sept. 1610. Quam ob causam, cum aliquatenus exprimere velim indolem atque imaginem proclamatis secundum jura Slesvicensia & Holsatica efformatam, hac me potissimum ratione officio satisfactorum existimavi, si præter scriptas leges ad Acta summorum in his terris judicialium eorumque decisiones provocarem, easque ex fide dignis monumentis collectas, locis congruis adjicerem. Idem enim ab aliis, qui jura nostra scriptis illustrarunt, factum fuisse video: ita ad præjudicata, notatis hic, exempli gratia locis, passimque provocant; Cancellarius Reinking in Prompt. über die revid. L. G. D. mit Notis & Præjudiciis erläutert. Bluting. in Comment. ad jus Juticum c. I. ad vb. verdat.

dat. c. 5. ad vb. jeder geliche vehl. J. Fuchsius variis in scriptis nr. Introd. in Process. Holf. Tract. de Invent. c. III. §. 84. 88. 95. cap. IV. §. 23. Tr. de Solenn. Appell. ex observationibus & præjudicatis digesto. Sed me totum vicit, ut electam viam ingredi non dubitaverim Celeberrimi Bœhmeri consilium, quæ in Manud. ad Meth. Disp. M. II. Th. III. in Dissertationis Juridicæ virtutibus commemorat Præjudiciorum insertionem: Quare ad propositum veniam, ut ea explicem quæ exorsus sum.

§. IV.

Citationis species est proclama, Dn. Consiliarius Frid. Gottl. Struvius Jur. Can. Pand. & Prax. Prof. publ. Comp. ff. L. II. tit. IV. th. VII. & per edictum fieri consuevit non solum ob multitudinem, Ludovici Dist. L. II. T. 4. D. 3. Schlevogdt Diss. de Cit. Extraord. p. 12. & incertitudinem citandorum Kœnig. Process. c. XXVI. n. 1. Carpz. L. III. tit. II. R. 23. n. 14. sed etiam locorum ubi degunt, H. Gieseberti Periculum Statut. Conc. IV. n. 125. Fuchsi Process. L. II. c. II. §. 7. Hujus tamen publicatio eisdem fere cum insinuatione effectus producit Gail. Lib. I. obs. 55. n. 2. Gylmanni Supp. Tom. II. P. I. vot. 32. n. 1. Reiteratione non eget, sed semel facta peremptorie præcludit, licet illa expressa non fuerit formula **zum ersten, andern und drittenmahl**, quam cunctis citationibus inferi jubet **L. G. D. P. III. tit. III. §. 2.** aut quæ in ejus locum successisse videtur **ein für allemahl und also peremptorie**. Hanc enim proclamationibus tantum, quæ ad justificandum, non iis quæ unice ad profitendum emittuntur, inferi solere, exempla edocent. Quid inter utramque speciem intersit non difficile est judicare; hæc magis ad præceptum accedit, nudam professionem injungens: illa citationis ordinariæ indolem imitatur, præter comparitionem, justificationem mandans & jurium deductionem; **auf das nächste L. G. ohnausbleiblich**

erscheinen, ihre bey dem Prot. Profess. gethane Angabe justificiren, die Rationes Prioritatis und sonstien vermeintlich habende jura deduciren und nach hinc inde verhandelter Nothdurfft rechtliche Erkenntniß gewärtigen. At cum utraque circa eundem finem consequendum versetur, obtinendam scilicet securitatem; merito utrique poena præclusi & perpetui silentii adjungitur.

§. V.

Dum proclamā edictalem citationem dixi, id simul innuere volo, quod sit generalis ad omnes creditores pertingens non unum alterumve solum vocans, sed omnibus uno eodemque edicto parendi necessitatem imponens; als mandiren und befehlen Wir hiemit allen und jeden. adjecta clausula wornach sich männiglich zu achten. Ea quippe est edicti natura, ut omnibus, quos negotium tangit, præcipiat; & quæ hic de creditoribus dicuntur latissime sumenda esse ipsis verbis id arguentibus, vult interpretandi ratio, Bremer Diss. de Conc. Th. V. Specialem uniuscujusque creditoris citationem nominatim factam & ad ædes insinuatam, qui desiderant; secum reputare velint, edictaliter citari creditores plerumque eo scopo, ut vel innotescat quibus quis debeat; vel compendii causâ, vitentur ut impensæ, circuitus. Utroque casu frustraremur spe, si aliter fieret, nec quod intendimus, posse unquam consequi; fallax est hominum memoria; interdum rerum a nobismet ipsis gestarum obliviscimur, & quæ bene novimus, rerum multitudine obruti, omitimus; in alienis vero justa ignorantia. Præterea personæ creditorum mutantur, morte, cessione, aliis modis; pertinent huc causæ, quæ recensentur in proclamate ad instantiam C. B. auf. R. concessio, wie daß er hiebevör verschiedenen von Adel unserer Fürstenthümer Schlesw. Holst. nicht allein als ein principalis debitor, sondern auch in Bürgschafft,

schafft, für andere, wegen zinsbar aufgenommener Gelder schuldig verhaftet worden. Mit aller u. unt. Bitte weil er nicht wissen kan, bey weme und an welchem Orte, wegen dessen, daß bey den Umschlägen die Obligationes durch Cessiones und andere Wege oftmahls von einem zum andern transferiret und übertragen werden, solch sein Hand und Siegel anjeko sich befinden möge; Wir geruheten G. ihme Unser offenes Proclama zu dero Behueff mitzutheilen. Mortuorum haud raro haeredes ignorantur, testantibus id proclamatis, quæ eo nomine publicantur; magis adhuc cessionarii; fugitque nos, si forte absit creditor, cui rerum suarum curas commisit; & si hæc omnia suppetent, evenire potest, ut ignoti, ut ii quibus nihil juris concedimus in nostra bona prætendant: ea propter & illi citantur so einige Ansprüche zu haben vermeinen. Generali igitur citatione magnopere opus est, suffragatur nobis in exteris Mev. in Lev. Cred. p. 129. n. 122. Ludov. Conc. Pr. c. 3. §. 2. Brunnem. Pr. Civil. c. 3. n. 4. qui hanc passim in Germania receptam testatur; Adstipulatur praxis Hollatica, Fuchs L. III. c. 11. §. 8. Nec audiendi sunt, qui specialem quoad omnes jam notos creditores generali jungendam suadent, quod facere videntur Salg. de Samoza P. I. c. I. n. 34. Mevius d. T. Brun. Pr. Conc. c. 2. §. 3. Stryk. in not. vb. specialiter. Ludov. d. c. 3. §. 3. Ignoramus in foro nostro hanc cautelam Fuchs. c. 1. ut ne ea quidem in personis privilegiatis piisque corporibus observetur. Nonnunquam tamen specialiter citantur creditores, quos equidem, sibi quid juris arrogare scimus, sed in terris longe distitis morantur, atque ut ad aures eorum edictum perveniat, probabiliter metuitur. Patet hoc ex Sent. Prior. pron. Gluck. d. 31. Dec. 1689. in causa des v. R. vb. J. von der Mielen und J. Dyks Erben aus Holland, nachdem selbige auf die an sie ergangene special Citation

an:

anhero nicht erschienen. Quamvis illa secundum justitiæ rigorem opus non videatur; in ea enim Provincia, ubi quis fortunarum suarum partem possidet, vigilare quoque eum oportet; plane vero abundans est, quando creditor sua jura professus, terminum justificationis sciens prudensque elabi patitur, cum eum maneat poena contumacibus dictata L. G. D. P. III. t. 9. §. 3. licet majoris cautelæ ergo, a Jud. Pr. Rendsb. 1723. im D. concursus, creditorem quendam, postquam eum ordo protocollis tetigerat, neque ille tamen professus justificaverat; singularibus concurrentibus circumstantiis, specialiter citatum esse nemo hic ignoret: Quod si creditorum numerus per præcedens proclama ad certitudinem redactus; ulteriori edictali citatione quandoque omissa, quibusdam ex illis reliquos ut certiores reddant injungitur: hujusmodi quid decretum Rendsb. beyrn L. G. d. 4. Dec. 1722. in causa fratrum L. & defuncti S. viduæ contra N. vb. daß diese Sache an das best vorstehende Land-Gericht, als wohin beede Partheyen so wohl, als zufolge der Supplicanten Bitten, sämtl. Creditores Krafft dieses ohne anderweitige Citation ad liquidandum vorgeladen, zu remittiren; und sind Creditores extrahentes den übrigen solches kund zu thun schuldig: Similis fere ratione contutorum dispositio extat in O. P. p. II. t. 8. §. 3. welcher dann schuldig seyn soll den andern solche Ladung zu notificiren. Coeterum vid. God. R. Kœselisus, in Diss. qua solam citationem edictalem legitime factam ad creditorum ignotorum præclusionem sufficere asserit.

§. VI.

Citationem præcedunt preces: judex enim plerumque non nisi imploratus, partibus succurrere solet, quod etiam de proclamata dici potest, Wildvogel Diss. de Proc. Conc. Sax. th. III. Nam quæ ex officio a judice decernuntur proclamata, rara sunt; de quibus suo loco dicetur: Supplicæ vero ut

ut rite formentur magnopere interest; Inprimis ante oculos habendus stylus iudicii in quo versamur: secundum eum enim non conceptæ preces partibus remittuntur: quod *beym L. G.* usu venisse memini Caa M. contra G. Den 15. Oct. 1725. Illud insuper tenendum, deberi perspicue negotium proponi, ut clare pateat quid petat supplicans, eo magis, cum juxta narrata citatio sit formanda *L. G. O. P. III. t. 2. §. 1. der massen klärllich und deutlich gesehet, daß die Citation daraus genominen.* Exponatur itaque quis petat, tribuantur ei qualitates habiles ad agendum, eaque maxime quæ ad rem faciunt, simulque personam petentis justificant ad Proclama impetrandum; quod sit v.g. creditor, hæres, proximus absentis agnatus: de quibus fusius, §. 16. Si petatur ab eo, qui ipse in iudicio stare nequit, apponatur tutoris, curatoris nomen; quod plerumque rubrica inseritur; sin a foemina, ut in genere curatoris mentio fiat, sufficere solet. Super qua re, persona, aut bonis, prædio, hæreditate: utroque forte conjuge obarato, exprimatur; an de unius bonis separatim, de utriusque an conjunctim agatur? quod scire sæpe interest, tum quoad excitandum concursum, cum inprimis præclusionis effectum. Prædia si adsint ejusdem fere nominis, sedulo cavendum, ut illud de quo agitur, ab alio clare distinguatur; quod ipsum movebatur *beym L. G. zum Kiel* in puncto tituli noviter assumti *Erbherr auf N.* quæ lis, adjectione vocis *klein* nomini pristino facta, fuit composita & sententia publicata d. 22. Aug. 1725. Porro cujus de bonis? facilius enim ipsius Domini petitis annuitur, quam tertii, plerumque invito eo petentis; quapropter, præter ea, quæ ad conditionem personæ pertinent, in re dubia curatius allaborandum, quo iudici de justitia petitionis constet; Denique contra quos petatur, diligenter exprimendum, contra omnes creditores, an certi cujusdam generis? ne scilicet cuiquam

B

exci-

excipiendi seque excusandi detur occasio. Subjicienda, re id exigente, brevis facti narratio ex quo jus nostrum profluere credimus: daß ich entschlossen meine in Holftein belegene beede Gühter zu veräußern und zu verkauffen. Wie daß ich in Ao. zu Erkauffung des Guhts N. 000 Rthlr. in specie capital angeliehen und darin die erste Pfand-Gerechtig-keit cum jure domini erlanget: Insequitur medium concludendi, causæ scilicet propter quas proclama petitur; quarum de diversa indole plura §. 18.

§. VII.

Conclusionis instar in supplicis est petitum; cujus momenta seorsim etiam considerabimus. Formula transeundi hac regulariter utantur. **Als gelanget hiemit an Ew. R. M. und Ew. H. D. meine a. u. u. Suchen dieselbe geruchen mir ein proclama in consueta forma & sub comminatione solita dahin forderfamst mitzutheilen.** Verba in consueta forma & sub comminatione solita: aut quæ eorum locum sustinent ein gewöhnliches Landübliches Proclama: non inutiliter adposita videntur, præsertim cum regulariter in ipso programme citationis decreta repetantur: Testantur namque illa, de usu hodierno hujus saluberrimi remedii: probant petitionem proclamatis sua natura nullam iniuriam continere; sed in petente injuriandi præsumtionem excludunt; docent illos quorum creditores citantur, nulla macula affici; cessare, quod communiter volunt, edictalem citationem aliquantulum existimationem imminuere, Schlevogt Diss. de Citat. extraord. p. 6. imo ne subsequente quidem concursu, ejusmodi effectus oritur; cum nec illi, qui, quod creditoribus suis satisfacere nequeant, in obstagio permanere coguntur; Holfatico jure afficiantur infamia: quod ipsum facultati Helmstadensi erronee relatum fuisse legimus apud Homburg. Resp. 36. in specie facti: Nulli enim fundamento innititur illa opinio, obsta-

obstagium comitem habere infamiam; quæ tamen etiam hæret Dn. Petro a Ludewig Diff. Jur. Rom. & Germ. circa fidei-
 juss. Uxor. II. n. 4. lit. f. Quin potius obstagii aditio conservat
 adeuntis honorem L. G. D. P. IV. tit. 14. §. 3. & a personis e-
 gregiis, ut ut quasitis exceptionibus illud effugere potuissent;
 ob fidei Holsaticæ gloriam, ultro aditur: & honestiora quo
 sint obstagii jura, neve quis illud adeundo infamiam se in-
 currere putet, expresse O. P. sancitum, fiat ut citatio ad ob-
 stagium in eine öffentliche ehrliche Herberge P. IV. t. 15. §. 13.
 Hinc tam in sententiis quam instrumentis obligatoriis sæpius
 adhibentur formulæ; ein adeliches rittermäßiges; ein ehre-
 lich standesmäßiges Einlager conf. Beyeris Specimen J. Germ.
 Lib. III. c. 13. §. 9. Nulla igitur obstagio inhære potest in-
 famiæ nota; cum & olim Electores summique Imperii Prin-
 cipes ad obstagium se obligarint: Exemplum in Henrico Pa-
 latino, Comite Rheni & Dapifero, qui pro Ottone Imp. de
 ejus voluntate & mandato se obstagium aditurum jurato pro-
 misit prostat apud Maderum in Antiq. Brunsw. p. 125. aliud
 non minus illustre, & quod ad nostra propius accedit tem-
 pora, de Ernesto Electore Saxonix ejusque fratre Alberto A-
 nimoso ad obstagium cum magno comitatu peragendum fi-
 dem suam obstringentibus, adfert Dn. D. Joh. Zach. Hart-
 mannus, Professor Jur. Publ. Ord. in Diss. inaug. de usu limi-
 tato Mandat. S. C. §. 18. Proinde ratio, quam d. l. adducit Dn. a
 Ludewig quare non liceat uxori maritum persequi obstagio,
 ne scilicet quæ redimere tenetur maritum ab infamia; hac
 eundem notet, genuina esse non potest. Hæc fusius paulu-
 lum; sed monenda fuerunt, ne Jcti autoritas alios in errorem
 perducatur. Nunc redeamus unde digressi sumus.

§. VIII.

Verba quæstionis admonent judicem, si preces pro pro-
 clamate insueti, inusitatique quid contineant, ne facile iis de-
 ferat,

ferat, sed ad ordinaria formula normam cuncta exigit; me autem de controversiis circa proclamata oriundis sollicitum, hortantur, hoc unico decidendi ut utar principio. Quod si in terminis insolitis petatur, & petitum concedatur proclama; pars laesa licite sibi jura reservat protestatione interjecta. Quinimo in salvatorio absentis Dni C. Mandatario, contra praeculationem Gluckstadii d. 16. Oct. 1705. concesso, (cum hic proclama in scio D. C. venditore praedii B. ejus tamen nomine ab emptore atque in terminis inustatis petitum & publicatum quereretur) jura competentia Mandanti, scilicet dicto D. C. contra impetramentem expresse reservata legimus: daß sowohl die Jura ratione aller und jeder an das Gut B. habenden Prætensionen, als auch alle andere Ansprüche, so sie an den Impetranten, wegen dieses, gegen die errichtete Appunctuation und darin beliebten Landüblichen Proclamatis beschehenes verfahren, oder sonst auf einige Ubrt Rechtens haben können, bis zu ihrer Wiederfunfft ungekränkt bleiben, einfolglich das Proclama und die Comminatio des Hn. G. Gerechtfamen im geringsten nicht präjudiciren sollen; welches Supplicant nomine seines Principalen, an statt der Angabe in präfigurter Zeit zu intimiren. Ultimo, licet judex ad id potius quod consuetum, solitum, respiciat, quam verba precista: Nollem tamen propterea cuiquam suasor existere ut dictam formulam omittat, cum ea etiam quae judicis sunt & Praxis determinavit, peti soleant. Quorsum jure mihi videor posse referre verba supplicae pro proclamate, sich innerhalb 6 Wochen anzugeben, beym L. G. N. nec raro dicitur: gewöhnlichen Orts in der Stadt Kiel ihre Forderungen durch Producirung der Originalien beschheimigen, auch davon beglaubte Abschriften ad Protocollum zurück zulassen; utque his omnibus accedat cumulus, dabeneben dero L. G. N. anzubefehlen, daß er solches Proclama an gehörigen

Dr.

Orten in hiesigen beeden Fürstenthümern fordersamst publiciren lassen solle. Quoniam vero id præcipue intendimus, ut credita profiteantur, justificentur aut liquidentur; sedulo hoc omne exponendum; quid fieri velimus, ut intelligant tam iudices, quam citati: neque enim alias constaret de causa citationis, contra monitum Ord. Prov. P. III. t. 2. §. 1. Tandem clausula præclusoria, quam amplissime inserenda precibus, nihilque omittendum, quod ad rem illustrandam pertineat: inprimis autem cavendum ne vel minima iudici suborietur suspicio, neve quæ excipiendi partibus præbeatur occasio, sed & petita facile consequamur & iis cum successu frui liceat. Singula autem hic enumerare longum foret, facilius etiam ex ipsis precum formulis hauriri possunt. Quare praxeos studiosos delegamus ad Fuchf. d. T. L. III. c. 9. §. 4.

§. IX.

Venio nunc ad eos, quibus petentibus proclama concedi solet; initio, cunctis rerum suarum moderatoribus dandum, hoc indulto a jure remedio, suæ securitati ut prospiciant, usus fori comprobatur: nec minus iis, qui se dominos credunt v. g. heredi se proximum autumanti, vid. Procl. beyrn L. G. zu Schlef. den 18. Jun. 1673. ad instantiam D. A. wasgestalt weyl. C. B. auf G., vor einiger Zeit ohne Hinterlassung einiger ehelichen Leibes-Erben diese Welt gesegnet, er aber an statt seiner Frauen als des Defuncti Schwester vor höchstnöthig erachtet ein öffentliches Proclama auszurücken; illi autem qui se pro heredibus gerunt, eoque nomine proclama extrahunt, hac frequenter cautela utuntur, ut se hoc cum beneficio inventarii facere; proclamati expressè inferi curent, id quod factum in illo ipso ejus jam mentionem injeci, verbis: zumahl, da sie alle solche hereditat cum beneficio Inventarii anzutreten gemeinet. Deinde nec iis, qui aliorum negotia gerunt, denegandum,

minus hac ratione absentium commodis invigilent. Nupserat **N. von der W. G. R. hæreditario auf W.** maritus haud ita diu post nuptias celebratas peregre profectus annum & quod excurrit emanabat, nullo domum nuncio misso. Instantibus ergo creditoribus, uxor ut rebus absentis mariti consuleret, petit proclama cum Curat. atque impetravit Rendsb. d. 19. Julii 1670. Qui soli in iudicio stare nequeunt, sed, ut propriis alii verba faciant, iura volunt; illi cum tutoribus, vel hi eorum nomine petant, necessum habent. Foeminae in iudicio curatore egent, proinde adhibito eo, iudicem pro decernendo proclamate adeant eas oportet; cum nullam inter actus judiciales distinctionem admittat die **L. G. O.** potius **P. II. t. 7. § 3.** indefinite injungat dem **L. G. N.** keine Schrift oder Product anzunehmen noch vor Gericht bringen; darüber zu erkennen, so unter einer Frauen oder Jungfrauen Nahmen alleine ohne Benennung ihrer Vormünder ausgefertigt. Saxonico jure maritus est legitimus curator suae uxoris **L. N. L. III. A. 45.** quo cum utamur in Holsatia: nonduntaxat circa causas Nobilium, uti ex Mauritio perperam tradit **Dn. Hertius** in *Diss. de consultationibus, legibus & judiciis in Germ. Rebusp.* §. 12. Sed & reliquorum omnium, sive in urbibus **L. G. O. P. IV. t. 4. §. 15.** sive in agris versentur **Fuchs. Tr. von Ding und Recht** §. 14. n. 6. ne iis quidem qui **Dithmarsiam** incolunt exceptis **Dithm. L. N. Art. 135:** suo licet provinciali jure utentibus: mirum non est, maritos uxorum nomine implorare pro proclamate; ita ad instantiam **H. N. auf S. in ehelicher Curatel seiner Fr. C.** Proclama decretum bey **m. L. G. zu Rendsb. 1680.** Tutores Pupillorum nomine vigilare tenentur. Procl. bey **m. L. G. zu Rendsb. den 19. May 1646.** **D. N. Verbitter des Adel. Closters Isehoe, und G. N. zum Westensee, an statt ihres verpflegten Bruders Sohn P. N. und dann H. S. Major in väterlicher Vormundschaft seiner**

ner Kinder. Quod si autem Tutor, Curator & qui pari cum ipsis jure utuntur, Proclama extrahant ad formandum inter creditores concursus judicium, ut a molestiis aris alieni forte liberentur; judicis erit inquirere an ex re sit, & provide- re, ne quid pupilli vel Minores detrimenti patiantur: illud indubium esse existimarim, judicem decernendo proclama- authoritatem suam negotio præstitisse videri.

§. X.

Hucusque de rerum suarum dominis, atque iis qui illo- rum nomine administrant: Pro iis, quorum ex justa causa scire interest, quibusnam alienæ res sint obligatæ, eadem illa militat æquitas, quæ dominis hanc facultatem concedit. Creditores itaque, rebus debitoris ad inopiam vergentibus jure illud petunt: consentiente, etiam invito & reluctante sæpe debitore. Reinking. in Prompt. Tit. 40. §. 2. not. Ex in- strumento enim guarentigiato, liquido & confessio agi potest ad executionem, immissionem & distractionem Fuchf. Pr. Hof. L. III. c. 11. §. 1. omnia vero chirographa integra, lehde- ganze Obligationen, vid. L. G. Urthel vom 22. Sept. 1633. und 15. Oct. 1648. & al. liquida & indubitata, klahre Hand- und Siegel Fuchf. c. 10. §. 2. Siegel und Briefe, auch klahre Handschriften Reyher, Hist. Jur. cap. 43. §. 13. n. 2. no- stris moribus pro guarentigiatis habentur, iisque licet pri- vatis scriptis, effectus guarentigati tribuitur, Reinking. T. 72. §. 4. Ad unius proinde creditoris preces interdum decer- nitur proclama, ita Rendsb. d. 2. Aug. 1680. pron. daß Sup- plicant mit seinem Gesuch Proclamatis, dann Citationis, auch Bestellung eines Curatoris bonorum über das Guth N. zu hören: Gestalt er damit gehöret wird, und Supplicat so- thanen Curatoren oder Administratoren zu admittiren, dem- selben auch in keinem Dinge sich zu widersetzen, bey wil- kühlicher Straffe befehliget wird. it. debitore notorie multo

multo ære onerato Gott. d. 8. April. 1709. über die V. im Fürstl. Antheil belegene Ländereyen; supplicante D. N. cui 5000. th. debebantur: vel si petens, orto jam concursu, ejus promotionem sibi præ aliis cordi esse sinat. Rendsb. d. 19. May 1646. in P. v. H. angestellten Concurſ. Sachen. Neque tamen semper petentium creditorum nomina exprimuntur, Fuchs Pr. L. 3. c. 9. §. 3. sed nomini colectivo involvuntur, Procl. Glückst. d. 11. Aug. 1690. über Beckhoff und Beckmunde: wasgestalt uns einige Creditores zuverstehen gegeben. Verum & hic judex caute procedit, & non nisi legitimis petitionibus indulget, respiciendo inprimis, an cui ex Advocatis, nomina sua ex constitutione Ord. Prov. P. II. t. 4. §. 2. precum dorſo inscribentibus, excitati concursus cura sit commissa: plane enim incertis creditorum petentium nominibus a judice non defertur: sæpe etiam bonis jam cessit debitor.

§. XI.

Quinam citandi sint, ex re ipsa optime dijudicatur: diversa namque petitionis indoles exigit, ut alii sæpe atque alii citentur: at vero hæc ipsa, ex intentione & scopo petentis dependet: interdum citandi qui sint, a judice statuitur; auf producirte a. u. unt. Bittschrift pro declaratione sententia, ordinandis commissariis & impetrando proclamate und soll das Proclama in genere an die gesamte auf das Guth Grünwald prætendirende Interessenten, auch U. v. U. Creditoren gerichtet werden. Rendsb. d. 14. Julii Ao. 1636. Exempla rem declarabunt. Certum individuum, hæreditatem, prædium liberatum cupiens, ille in id tantum prætendentes citari curat, Procl. d. 2. Aug. 1680. geben allen und jeden, so auf das Guth Wschau einige An- und Zusprüche zu haben vermeinen. d. 20. Oct. d. a. Fügen allen denen so auf. H. v. E. Mutter Nachlaß einige Gerechtigkeit zu haben vermeinen; qui se suamque personam cum univerſo patrimonio, omni

omni vinculo solutum intendit, omnes indefinite, qui sibi aliquid in eum juris esse autumant, vocari facit. Procl. d. 19. Julii 1670. Fügen allen so einige Schuldforderung, An-oder Zusprüche auf den Edlen G. N. zu haben vermeinen. Metuens, ne chirographa sine causa tenentes iis abutantur, ut illa producant, juberi petit; Mandiren demnach a. u. gn. welche etwan gedachten unsers L. G. N. Revers und Scheine in Händen haben, und damit zu fordern vermeinen. Pariter, cui in provincia quadam, multum cum ejus incolis negotii fuit, ut quibus debeat non satis constet, provocat creditores suos eam incolentes Procl. d. 21. Julii, 1636. befehlen derowegen a. u. j. Eingeseffenen unserer Fürstenthümer Schlesw. Holstein und deren incorporirten Landen, so des Supplicantis Obligationes Hand und Siegel, so wohl die er als principalis Debitor für seine eigene Schulden, als in Bürgschafft für andere vor diesem ausgegeben, in ihren Händen und Verwahrbarkeit haben, und damit einige Forderung anzustellen gemeinet. Observandum plures atque alios citandos non esse, quam natura negotii requirit; quocirca, cum in modo allegatis exemplis securitas quaratur, quo adversus omnem post amissas forte causae probationes intentandam actionem sese munirent petentes, non opus fuit, ut alii ad profitendum compellerentur, quam illi ipsi, welche aus in Händen habenden Hand und Siegel, Scheinen, Reversen und Obligationen sibi quid juris competere existimarent. Exteris fortasse etiam implicatis, in abundantem cautelam expresse eorum quandoque fit mentio; So selbst mandiren wir hiemit, daß alle Creditores, sie fern ein oder ausheimisch, welche von besagter unser Stadt D. Obligationen, Schuld- und Pfand-Verreibungen in Händen haben d. 13. Sept. 1709. Coepto concursu, si ad prosequendum eum emittitur proclama, citantur creditores illo

C

di-

districi. Fügen sämtlichen bey weyl. J. P. v. S. angestellten Concurs-Sachen interessirten Creditoren den 19. Aug. 1646. In proclamato ad justificandum citantur illi tantum, qui obtemperantes proclamati ad profitendum jura sua jam professi sunt: In proclamato vero ad liquidandum & distribuendum, qui justificatis professionibus locum in sententia prioritatis sortiti sunt. Generaliter non illi solum vocantur, quibus certum ac indubitatum jus est; verum & illi, qui fundatam habere intentionem sibi persuadent.

§. XII.

Res omnis proclamatur, quæ in obligationem venit; personæ, res, nomina, actiones, jura. I. *Personæ*. De harum scilicet liberatione a nexu obligationis, & securitate æque ac bonorum agitur; neque omnes creditores ad bona respiciunt, sunt qui nudam creditoris fidem sequantur; quod licet rarius usu veniat, his inprimis temporibus, ubi major bonorum quam fidei ratio habetur, exemplo nullo majorum (mortaliū fidelissimorum vid. Jonas ab Elvervelt Libello de Holstatia ejusque statu atque ordinibus) ut, si excipias mercatoria debita *Budy-Schulden*, vix reperiantur, qui hypothecca sibi non prospiciant. Contigit tamen *im Quarneb.* Conc. de ao. 1722. Ut creditor quidam ex mutuo personam tantum sibi obligaverit, adjecto obstagii vinculo, omiſſa hypothecca: ac propterea in favorem obstagii inter personaliter privilegiatos collocatus sit. Deinde hypothecca non sufficiente, *wann ein hypotheccarius nicht zur Perception kommt*, remanet principalis obligatio; speciatim valor obstagii, quo debitor etiamſi bonis cesserit, detineri potest; est igitur utilis personæ proclamatio neque minus in praxi usitata. De eo dubitatio haberi posset, an proclamato universo patrimonio *das ganze Vermögen alle Haab und Gühter*; personales quoque obligationes habeantur comprehensæ atque præclusionem extin-

Sta;

Ita; utrum vero nominatim persona fieri debeat mentio, auf G. N. einige An- und Zusprüche haben, auf seine Person und Güter Rendsb. d. 19. Julii, 1670. Videntur hæc æquipollentia, quoad obligationes intuitu bonorum contractas; sæcus si personalissimæ sint v. g. Leibeigenschaft, hanc proclamata universorum bonorum non crediderim sublatam: aliter sentiendum de obligatione ad obstagium, quod licet per vicarium adiri nequeat; personalissima tamen in allato sensu non est, sed obligationi principali accedens ejus naturam mutuatur; proinde hac in bona concepta, cum iis in hæredes transit; ita pron. beyh. Holst. L. G. in causa N. contra M. v. U. dero Curatores ad hitem, und Söhne U. u. H. v. U. daß Beklagtin und dero Söhne obbenamet, als ungezweiffelte Erben ihres Vaters, dessen offenbahre Hand und Siegel, auch dieses unsers Fürstenthums Herkommen gemäß, ein rittermäßiges adeliches Einlager bey Poen der H. C. zu halten schuldig d. 15. Oct. 1631. vid. Fuchsi Pr. Holl. L. I. c. 12. §. 7. Reink. Prompt. t. 38. §. 8. in Not. & extincta casu posito per proclama obligatione ipsa, accessorii instar perit: quod certe non procedit, si fundus hypothecatus proclamatus fuerit, nam & hypotheca sublata principalis obligatio remanet.

§. XIII.

II. Res. Has nempe hodie imprimis obligatas cupiunt creditores, unde etiam accidit, ut rerum maxime proclamata frequententer, v. gr. ædium, fundi, prædii, über Ländereyen, adeliche Güter, Erbschafften; exemplis hic non morabor lectores, cum in hac ipsa Diss. passim occurrant. Si de universo debitoris patrimonio agitur, primo res ex eo majoris momenti nominari, & deinde reliquorum bonorum mentio injici e. c. auf gemeldten P. D. in C. belegen Hoff Landes, samt den zugekauften 10 Morgen Land.

Landes auch übrige beweg- und unbewegliche Güther procl. Itzehoe d. 28. Jun. 1684. beym Amts-Gericht; vel si immobilia non possidet debitor, sic exprimi solet; auf gemeldtes seel. H. R. samtl. hinterlassene Güther und Mobilien. Rendsb. d. 16. May, 1626. ex quibus verbis jam perspicuum est bona etiam mobilia proclamari; sed ne quis forte interserat, venire ibi cum universitate honorum, seorsim autem non solere venire, aliud in promatu est edictum: auf des L. S. V. im Hedwigs-Koog, Megger-Koog und andere in diesen Fürstenthümern und Landen Fürstl. Antheils belegene Ländereyen und befindlichen Effekten. Gottorf d. 8. April. 1709. de universo patrimonio hic non agebatur, possidebat alia bona; æque igitur principaliter veniebant die Effekten, als Ländereyen. Neque solum conjunctim, cum aliis bonis proclamantur mobilia, sed separatim als engle Stücke, si nimirum singulares circumstantiæ id suadeant; quod accidit über Schiffe und Schiffs-Geräthe etiam bey den Strand-Güthern; jus enim circa bona naufragorum usitatum das Strand-Recht in his quoque Ducatibus exercetur. conf. Lovb. L. III. c. 63. Gerdesius de Naufragio c. 4. th. 1. Jargaw de Regal. L. II. c. 2. §. 3. p. 449. & 461. Hactenus de bonis privatorum, & unius patrimonio. At vero universitatum usitata quoque sunt proclamata über Dörffer, v. c. das Dorff Holz-See. Flensb. d. 17. Nov. 1654. Städte, e. g. die Stadt D. procl. Gott. d. 13. Sept. 1709. vid. Manzii Decis. I. Q. 2. fase n. 17. Nemter, uti das Fürstliche Amt N. und darin belegene Güther dat. Copenh. d. 21. Julii, 1668. Landschaften, ita die Landschaft N. D. nebst darin belegenen Kirchspielen, Koogen, Sielen und Schleusen, den 27. Junii, 1668. Kirchen vid Brunn. Pr. Conc. c. 1. §. 5. Dn. Boehmeri Diss. de Nominibus Ecclesiæ debitoricis c. 2. §. 20. Super rebus litigiosis proclamata valida & jure licita esse, asserere nullus dubito: Per procla-

clama nullum transfertur dominium, eo, an sit res litigiosa: atque hinc securitas quaeritur; quæ invidenda non est possessori, cui dominii quaestio movetur: ille potius hoc sibi consulat remedio, ne aliunde denuo turbetur; frustra ergo lis super dominio mota proclamati objicitur: Sententia scilicet de dominio lata contra quoscunque possessores executioni mandatur, resoluta enim jure dantis resolvitur & accipientis. In eandem sententiam ivisse videtur Judicium Provinciale Kiliae 1712. habitum, dum approbavit emptionem praedii B. non obstante contra contractam ejus venditionem protestatione Dn. N. de N. ex praetense jure dominii facta beyrn Prot. Prof. über das, auf sothaniges Guht ergangene Proclama.

§. XIV.

Feuda proclamationi an sint subiecta alicui dubium forte esse possit, propterea quod absque domini directi consensu regulariter vendi aut onerari nequeant, nec ideo concursibus facile implicentur: At vero utrumque hoc longe fit aliter in Holsatia; feuda namque nobilia *die Rittersike L. G. D. P. IV. tit. 5. §. 7.* (paucissimis exceptis, quæ communem feudorum naturam sequi fama est) possidentur *erb. und eigen thümlich*; oppignorantur, alienantur, pactis, testamento, aliis modis transferuntur, concursui subjiuntur, eumque in finem proclamantur, subhastantur & plus licitanti adjudicantur, in requisito domino; ne feudalitatis quidem injecta mentione: Possent hanc in sententiam afferri res judicatae, pacta, transactiones, contractus, ultimæ voluntates, & hujus generis alia, quæ magna ex parte versantur in memoria hominum, diversam feudorum communium & Holsaticorum indolem probantia; sed hæc longius nos abducerent a proposito: ista igitur attingam, quæ magis ad institutum faciunt; crebris scilicet implicari concursibus feuda Holsatica, & mediantibus proclamatibus convocari creditores jus sibi in illa

asserentes, æque ac in allodialibus usu venit. Connumerantur secundum designationem de ao. 1674. inter feuda, prædia nobilia **Bohtkamp, Garz, Helmstorp, Hasselburg, Nolleffstorp, Perdöhl, Petersdorp, Rirdorp, Wandesbeck, Oppendorp, Schönhorst**, quæ e. c. adducere libet: Ære enim alieno nimis onerata, creditoribus urgentibus, concursui subiecta fuisse inficiari nequit. Ita, cesso creditoribus prædio **Bohtkamp**, hi petierunt proclama bey der **G. N. Canzley**; disputatum bey **m. L. G.** super prioritate & pronunciatum est sententia, d. 15. Oct. 1648. prævia vero licitatione venditum **erb. und eigenthümlich**, accedente confirmatione Regia & Ducali des **L. G.** Ejusdem mensis die 25. publicata sententia in **Concurs. Sachen L. u. N. v. N. Cheleuten zu Garz Creditoren**, prædium venditum, & creditoribus satisfactum. Eodem illo adhuc durante iudicio d. 20. Dec. pron. in **Conc. D. N. zu Helm- und Lohrstorff Creditoren**: Es sollen die Gühter **Helmstorf und Lohrstorp** (illud feudale, hoc allodiale creditur) **zwischen dato und erst künfftigen Lichtmissen**, subhastiret, dero **Behueff ein Proclama vorhero publiciret werden**. Pariter, concursu über **Hasselburg** excitato, sententia prioritatis lata bey **m. L. G. zu Gottorp** den 27. Sept. 1661. ac die proximo judicialis infecuta est adjudicatio; Auf vorgegangene Licitation der in **Concursum** gezogenen, weyl. **P. v. B.** zugestandenen **sämtl. Gühter** benahmentlich **Sierhagen, Hasselburg, Mühlentkamp**; seynd gedachter **Wittwen erb. und eigenthümlich** zugeschlagen, den 28. Sept. 1661. Biennio post concursus ortus über das **Güht Nolleffstorp**: auf ergangenes und gehöriger massen publicirtes Proclama auch darauf beschehenes a. u. unt. imploriren: **J. B. zu W.** contra alle auf das ihm von **G. v. W.** verkaufftes **Güht Nolleffstorf** prætendirende **Creditores**; sunt verba sent. publ. d. 8. Nov. 1663. **Prædium Perdoehl** Ao. 1666.

Cre-

Creditoribus cessum vid. Concurſus-Urtheil D. S. S. zu Perdoehl publ. beyrn L. G. zu Flensburg d. 27. Nov. eaque decretum, ut prævia licitatione, plus offerenti judicialiter adjudicaretur: id quod peractum d. 22. Nov. decreto hujus ipsius Tribunalis, daß das Dominium über das Guht Perdoehl cum pertinentiis dem Hrn. G. K. erb- und eigenthümlich zu adjudiciren; Idem relatum legimus de prædio Petersdorff, vid. Sent. beyrn L. G. zu Gottorff d. 2. Oct. 1671. lata. Id quod etiam accidit prædio Nirdorff, ut moto concursu & publicata Prior. Sent. Dna. C. de S. prævia licitatione fuerit erb- und eigenthümlich adjudicatum beyrn L. G. zu Kiel den 16. Sept. 1681. Ao. 1711. impetrabant creditores des L. S. B. a Judicio Trimestri edictalem citationem ad convocandos creditores ejus in prædium W. sibi jus vindicantes. Paucis ab hinc annis prædia Opyendorff und Schönhorst concursui implicabantur, qui sententia 1723. in Jud. Prov. Rendsb. lata, terminabatur: Hæc attulisse satis erit ad perspicendum feuda Holsatica æque ac allodia proclamari; id quod erat demonstrandum.

§. XV.

III. Nomina, ausstehende Gelder, Umschlags-Obligations, an proclamari queant, videndum est; fieri id posse inficiandum non esse puto: adest scilicetabilitas objecti, sciri potest ad quem pertineant, atque constare quibus profutendum; Idem an utile? an necessè? dubium magis; Frequenter autem transferuntur die Umschlags-Obligations apud Holsatos, inprimis in nundinis illis vertumnalibus quæ Kilia celebrantur & a quibus sunt mutuata nomen. Concipi solent vel addita die, qua mutuuum contractum, etiam Antonii; aut aliqua ex Octavis, si ita placuerit; vel expresso certo tempore, dies plures continente, quæ moraliter pro una habentur; quales sunt Octava. Hæ enim omnibus obligationi-

ni-

nibus per totam versuram conceptis, dati loco, usu des Umschlags adscribi possunt. form. So geschehen Kiel in Ostavis Trium Regum 1729. Die autem Antonii, omnes obligationes in Holsatia concipi solere, male asseritur apud Stryck ad Lauterb. L. XX. t. 4. verb. pro rata. Translationes istas jam dudum frequentatas fuisse, documento sunt verba proclamatis §. 5. a nobis relata: daß bey denen Umschlagen, die Obligaciones durch Cessiones und andere Wege, oftmahls von einem zum andern transferiret und übertragen werden. Majores autem nostros de fide publica servanda, das Credit Wesen zu erhalten, magnopere fuisse sollicitos, innumera adsunt testimonia; hoc autem qua ratione obtineri potuisset non video, nisi liberam in transferendis nominibus reliquissent potestatem; Exemerunt itaque a vinculo generalis hypothecæ nomina, ipsam pecuniam representandi vim iis tribuentes: eo effectu, ut iis in alium translatis, actio hypothecaria non competat: proindeque proclamate ad convocandos & præcludendos hypothecarios opus non est; sed sine eo die Umschlags-Obligaciones, quantum ad hypothecarios artinet, transferuntur, pignori dantur; & quæ tandem commerciis non remora? si secus fieret; quæ in versuris securitas? si aliter servaretur. Hac generaliter dicta, generaliter intellecta velim: potest enim evenire, ut nomina proclamari utile sit atque necesse. vid. Const. Regia wegen Pfand und Schuld-Protocollen im H. Schlesw. §. 14. Sollte aber etwa dergleichen im Protocollo inserirtes publicum instrumentum verlohren, oder sonsten durch andere Zufälle von Händen kommen seyn; daß es zur Tilgung von dem Creditore ad Protocollum nicht könnte wieder produciret werden: Soll der Debitor zu deren Abtragung nicht ehr schuldig seyn, bevor der Creditor auf seine eigene Kosten ein publicum Proclama wegen der ab Händen gekommenen Original-Obliga-

liga-

ligationen, extraheret. Qua ipsa, iisdem fere verbis repetuntur in Const. Regia wegen der Schuld und Pf. Prot. in den Städten des Herzogthums Holstein sub d. Gluckst. d. 30. Sept. 1698. nec non in der P. H. G. D. P. V. tit. 7. §. 12. Notum est protocolla ista primario intuitu immobilium esse introducta, ut scilicet securius quis pecuniam crederet, & consequeretur privilegium publicæ hypothecæ; reliqua autem bona mobilia relicta fuisse arbitrio debitoris zum Handel und Wandel; postea tamen speciatim concessum, ut nominum quoque & bonorum mobilium annotationes fiant, non eo fine, si qui sua credita in protocollo consignari fecerunt, hypothecaria actione ut agere possint contra eos, qui tempore moti concursus ex istis bonis quicquam tenent als ein handhabendes Pfand; sed præferentiæ ergo quoad id quod forte reliquum, wann derjenige so darauf geliehen an Capital, Zinsen und Kosten befriediget. vid. d. Const. §. 4.

§. XVI.

His ergo positis contingere potest, non esse creditori ad manus instrumentum protocollo insertum; quo vero nihilominus tuto solvatur, tutius adhuc mortificetur hujusmodi instrumentum; salubriter injunctum proclama tribus in locis repetendum. Alium casum suppeditat, decretum Judicii Prov. 1637. Gottorpii habiti, nempe proclama pecuniæ sub communi jurisdictione elocata & arrestata: Auf Anruffen U. S. Wittwe wegen Abfolgung etlicher bey Hrn. C. v. B. verhandenen, ihrem verstorbenen Ehwirt zugestandenen Geldern. Ist von Uns, wegen der Präferenz zu selbigen Geldern das abseiten des U. S. Wittwen gesuchte Proclama erkannt. Licet quoque in nomen quoddam nemo actu hactenus sibi quid juris tribuat, proclamati tamen locus esse potest; si forte debitor uni solvere nolit, propterea, quod petentis majores in instrumento sint nominati, neque

D

de-



debitori perspicuum an petens solus hæres existat; aut si qua alia justa causa videbitur; sola enim instrumenti possessio ad executionem non sufficit, sed petens vel in instrumento nominatus sit, vel hæredem creditoris nominati se probet, vel ab his cessionein habeat oportet L. G. D. P. IV. t. 5. §. 13. Illustre rei exemplum prostat in actis des L. G. zu Gott. Auf ausgelassenes reproducirtes Proclama und u. imploriren C. v. A. zu G. contra alle die, so zu denen von C. v. A. dem Eltern zu G. der Stadt A. creditirten Geldern einige Prætenſion, Interesse und Ansprüche zu haben vermeinen, um den mit gemeldter Stadt A. selbiges Crediti halber auf 9000. fl. semel pro semper getroffenen Contract zu approbiren oder zu improbiren. Erkennen ic. nachdem Hr. D. v. A. dann auch J. v. A. hinterlassener Tochter Vormünder, den angeregten Contract uff die 9000 fl. 170 gerichtlich ratificiret, derowegen ic. und wird krafft publicirten Proclamatismis auffer obſpecificirten, sonst jedermänniglich dieser Gelder halber hiemit ein ewiges Stillschweigen anferleget d. 8. May, 1641. IV. Jura rebus inherentia haud raro una cum illis proclamari, satis liquet: seorsim, quo minus fiat, nil prohibet; & recensentur in proclamatibus una cum actionibus, jura quandoque nominatim v. g. auf das Guht B. und dessen Pertinentien, wie auch des Debitoris übrige fahrende Haab und Gühter, nomina, jura & actiones. Schlesw. beyrn L. G. den 23. Martii, 1711.

§. XVII.

Expositis iis, quæ tum de petentium personis occurrant, tum de rebus proclamari solitis, exponendum porro, ex quibus causis juste peti decernique queat proclama. Ermittendum hic, desumi plerumque causas ex fine proclamatis & petentis intentione, atque ex hujus justitia de illarum æquitate judicari. In his, illa maxime legalis dicenda est, quæ de-

decretum de bonis proclamandis supponit: qua ipsa moti Judices Prov. Flensb. d. 20. Oct. 1680. convocarunt pratendentes auf N. v. T. Nachlaß, prämissa hac in exordio ratione; welchergestalt auf jetzigen L. G. in der zwischen D. J. H. in Anwaldschafft M. N. und ehelichen Curat. seiner Frauen C. so dann H. H. in ehel. Vormundschafft seiner Fr. und ihren Bruder H. v. T. vorgewesenen Sache in puncto annullandi testamenti materni, gerichtlich verabscheidet, daß die Prätendentes zu Liquidirung ihrer Forderung durch ein Proclama publicum sollen convociret werden. Utut hodie proclama ad liquidandum illud dicatur, quod post sententiam prioritatis emittitur, quo coram commissariis, qua supersunt difficultatis tollantur; hic tamen alio sensu accipitur, id arguentibus reliquis proclamatis verbis: daß ihr bey unserm L. G. N. erscheinet, eure habende Obligationes produciret, und also ein jeder seine Schulden, wie sich zu Recht gebühret verificire und liquidire, worauf dann u. Cum Reip. interfit, faciles esse & securas rerum, immobilium inprimis translationes, illorum quoque precibus defertur, qui prædia sua vendere cupiunt; tum ut alliciant emtores, rem liberam facilius emturos, cum etiam innotescat simul, animum esse possessori vendendi prædium: Procl. über H. Kiel d. 18. Nov. 1723. wie daß er entschlossen sein Suht H. zu vereusern und zu verkauffen; mit a. u. u. Bitte, daß zu solchem Behueff vorgängig benöthigte Proclama ihm zu ertheilen. Quoniam evictionis præstatio de natura est emtionis venditionis Lowb. L. I. c. 41. L. R. L. III. art. 4. & 83. Lübsche R. L. III. t. 6. §. 4. Hamb. C. N. P. II. t. 8. §. 14. 15. tam ante quam post eam celebratam, quo commodius præstetur, imploratur pro decernendo proclamate. Suppl. H. v. B. auf C. und N. d. 25. Jan. 20. 1691. Damit ich nun dem künftigen Käufer die Eviction solcher Gühter so viel besserer und sicherer verschreiben

ben und leisten könne; ad preces N. v. N. über D. zu Facilitierung der Eviction. M. Aug. 1690. vel jam inita venditione über Guldenstein, ad instantiam der Gebrüdere J. und W. von N. auf E. u. P. wie wir unser Guht G. an D. B. verkaufft haben, damit wir nun dem Käufer und dessen Erben die Eviction solches Guhts desto sicherer und süglicher leisten können: Minime autem iudex venditori, ut promissis satisfaciat conanti, deesse solet, si convenerit inter contractantes de re vendita proclamanda; vid. Procl. über Biorhagen, Hamb. den 23. April. 1689. Detreante emptore, se soluturum venditi prædii pretium, antequam de contracta emtione venditione omnibus, iis præsertim quorum interest constaret; venditorem non debere petitis carere, censuit das N. G. d. 19. Sept. ao. 1666. dando Proclama über D. und M. ad instantiam J. F. v. W., Thumprobsen und Dechant zu Lübeck auch Amtmanns zu Eutien; und aber der Käufer, nach nunmehr üblichem Gebrauch in diesen Fürstenthümern, bevorab ein publicum Proclama ergangen, und bedeuteter Kauff Contract zu jedermans, absonderlich der hiebey interessirten Notiz gelanget, die behandelte Kauff Gelder zu seiner Zeit abzustatten Bedenden trägt; bey uns der Verkäufer in jetzigen N. G., um Ertheilung sothanen Proclamatis a. u. u. Ansuchung gethan: Inmassen dann dasselbe auch also erkannt. eoque magis hisce petitis deferendum fuit, cum non posse emptorem ad solvendum pretium cogi, antequam proclamate prædium ab omnibus præteasionibus, inprimis hypothecarum nexu liberatum fuerit, licet de hac cautela nihil conventum, quod tamen hodie plerumque fit; in aperto fiet. Neque hoc inique ita servari puto; neminem enim fugit proclamata inter media facilitanda evictionis referri: quod ipsum etiam ex allegatis his exemplis liquet. Quod si autem venditor in exigendo procla-

clamate moras neeat, maxime, tempore ad liberandum per
proclama prædium constituto fere præterlapso; recte iudex
emtoris securitati consulit decernendo, eo petente, sumptibus
venditoris, proclama; conf. über B. vom 10. Sept. 1705.

§. XVIII.

Hæredi deliberanti an adire velit hæreditatem nec ne;
non iniqua proclama petendi causa est, major in adeunda hæ-
reditate securitas; arbitrante Judicio Trimestri. Slesw. d. 18.
Junii 1673. in Proclamate über C. B. auf G. Nachlaß: da-
mit sothane Verlassenschaft, von allen Præensionen liberi-
ret werden, und sie destomehr versichert seyn möchten;
ein öffentliches Proclama auszuwirken ic. Wann nun die-
sem nicht unbilligen Petito statt gegeben. Proclama autem
hac mente petium, nec adita hæreditatis argumentum
præbet, sed deliberantis animi indicium est. Mey. P. IV. D.
227. Hæres enim non minus audiendus est, qui non quidem
animo hæreditatem capescendi, sed omnia ut rite disponan-
tiantur, & suum cuique tribuatur, proclama a iudice effla-
gitat; über H. N. zu L. sämtl. Verlassenschaft: sich des-
falls, zu dem Ende anzugeben, damit alles in gute Rich-
tigkeit zu bringen; extrahirtes, aber nicht gehöriger massen
intimirtes Proclama renoviren zu lassen. Rendsb. d. 19. May
1646. Eadem ratione, quo scilicet numerus creditorum ad
certitudinem redigatur, motus Sereniss. Administrator ao.
1709. publico proclamate ad profitendum citavit creditores
municipii O. Quod si vel ipsi principaliter debeamus, vel
pro aliis intercesserimus, neque nobis satis constet quisnam
chirographa nostra possideat, aut qui nos debitores suos esse
contendant; illud profiteantur recte cogi possunt: nam pu-
blice interest, certa esse civium patrimonia & eo potissimum
tempore lites finiri, quo de litigantium jure facilius liquet.
vid. §. 5. Procl. ad instant. C. B. auf N. concessum. Chiro-

grapha nostra sine causa possidentes, illa nobis utique redde-
re debent; sed cum & singulos possessores persequi difficile
nimis foret, & eveniat saepe, ut cassationes chirographorum
amittantur; quocirca, lites inanes oriturae facile inter haere-
des, quid gestum sit ignorantes, ut praescindantur, utiliter,
per proclama publicum nobis prospicimus: Ejusmodi quid
cum non possit non accidere Notariis Judicii Provinc. quorum
non tantum fidei documenta magni momenti sed & pecunia
litigiosa solet committi; bis ex hac causa ad illorum preces
proclamata concessa, relatum legi; alterum, supplicante M.
R. alterum exigente id d. 20. Nov. 1625. N. F.

§. XIX.

Proclamata in concursibus creditorum usitata adhiben-
tur vel ad movendum excitandumque eum, vel jam motum
promovendum: prioris generis difficilius decernuntur: suffi-
ciens causa visa d. 8. April. 1709. quod debitoris res nutarent,
seu multis difficultatibus notorie distinerentur, da nun mit
demselben beandter massen es zu grossen Weitläufigkeiten
gediehen, er Supplicant dannenhero sich necessitiret be-
finde, mittelst Movirung eines ordentlichen Concurses für
sein Recht eben so wohl, als andere zu vigiliren und also
um Ertheilung eines Proclamatis gebethen. Petente H. P.
auf F. & petiti rationes allegante, quod antecessor in matri-
monio W. W. dem C. C. ad emendum praedium N. pecuniae
summam pretium praedii fere adaequantem mutuo dederit,
constituto hypothecae dominiique jure; ille vero ab aliquibus
jam annis nullas usuras solverit, factaque licet disdicta, omnia
desuper habuerit, denunciatum non adierit obstagium, man-
data etiam de solvendo aut servando obstagio spreverit: De-
crevit itaque d. 2. Aug. 1680. Judicium Trimestre, Rendes-
burgi tum temporis congregatum, convocandos creditores
ad profitendum, simulque citavit eosdem ad disputandum
in

in proximo Provinciali Judicio prioritatem. Ao. 1711. d. 23. Martii idem illud Judicium Slesvici celebratum proclama concessit des L. S. B. Creditoren, afferentibus, welcher gestalt derselbe die von ihm aufgenommene Geld-Summen nicht bezahlen können, und also das Einlager in J. wiederum beziehen müssen, sie aber dessen Gühter, Mobilien, auch ausstehende Schulden durch rechtliche Mittel anzugreifen, und soweit selbige zureichen, ihre Zahlung davon zu suchen, sich genöhtiget befinden. Interdum nulla alia quam excitati concursus ratio affertur; illa scilicet subintelligitur, concursum comode sine proclamate ad finem perducui non posse; v. g. in Proclamate über N. d. 2. May, 1711. wasgestalt des J. v. N. auf N. Creditores concursum über das Güht N. cum pertinentiis excitiret, und um Convocation der gesamten Creditoren per publicum Proclama geziemende Ansuchung gethan. Illorum porro æquum est creditorum desiderium qui beneficio cessionis bonorum a debitore jam ante quaesito, ad concursus promotionem omnium citationem esflagitant; Proclama über J. S. Gühter, Glückst. d. 11. Aug. 1690. weisen dieser ihr Debitor vorhin selber das Beneficium Cessionis bonorum gesucht, und ihnen auch merklich daran gelegen, daß dieser Concurfus nicht länger aufgehalten werde. In J. P. v. H. Concurfus Sache Rendsb. d. 19. Aug. 1646. zu Beforderung und Fortsetzung der gehörigen Priorität Erkentniß. Sicuti autem legitima concursus excitandi causa est debitoris insufficientia: Ita probabilem solutionis spem ostendenti debitori quandoque conceditur dilatio inprimis si brevis sit. vid. Flensb. L. G. Urtheil, in Sachen Nirtorff und Depenauischen Creditoren, pro Concurfu und deßfals gesuchten Proclamatis ad liquidandum, immissione & constitutione Curat. bonorum und abseiten der Debitorum dawieder bis nächstkünftigen Um-

Umschlag gebehener Dilation: daß die Debitores von D. und R. mit ihrem Gesuch dilationis bis auf nächstkünftigen Umschlag zu hören, mit dem Anhange, dafern die selbe alsdann die Creditores nicht befriedigen werden; daß sothanen falls auf ferneres suppliciren ihrem obigen Gesuch deferiret werden soll. Sed dum in recensendis causis occupati sumus, res ipsa nos deducit ad iudicem; hujus enim est disquirere, an allegata causa sit sufficiens, an legibus congruat.

§. XX.

Dispiciamus itaque quis iudex sit competens ad decernenda proclamata: Illud præmittendum videtur, recedere quoque hanc edictalem ab ordinaria citationum indole in eo, quod petens citandi forum regulariter sequatur, atque ille iudex ad comparandum vocare soleat, cui citatus subiectus; Hic enim res aliter se habet, citat magistratus; cui in objectum proclamandum imperium est, cunctos qui in illud prætendant, nullo subjectionis neque quod ad petentes proclama neque quod ad citatos attinet, habito respectu; Unum hoc sufficit, rem vel personam obligatam subiectam esse jurisdictioni citantis iudicis: cuius iustitiam qui non obtemperat, sane quod conquerratur non habet: eum enim qui iudicis vocantis & succurrere volentis neglexit auxilium, æquo animo ferat oportet, si cum ipse volens adierit iudicem, non audiatur: Quod ut ita fiat, suadet publica salus, quo subditi secure bonis sui frui queant, Andreae Fricii Comment. de Rep. emend. L. II. cap. 15. n. 5. iubent iustitiæ regulæ, iis qui sibi quid in alterum juris esse contendunt, jure ut experiantur, quando iudex, apud quem alias ipsis agendum erat, id iusserit: eoque præcipue tempore, quo integræ sunt provocanti, quibus se defendat, probationes. Denique frustra alius, quam ille iudex, qui agere volentem ab actione cohibere potest; acturo, nunc potissimum ut agat, injungit: hoc autem nemo facilius iustius-

stiusque exigit, eo iudice coram quo debitor esset ordinaria conveniendus: Hisce igitur positis, videtur iudex domicilii competens, quoties de persona per proclama ab impetitionibus liberanda agitur; quoties vero de re liberanda solliciti sumus, iudex rei sita: Sed quid in concursibus creditorum? ajunt citare eos, pertinere ad forum domicilii tanquam generale omnium actionum: At vero Saxonibus jam olim placuit, de re immobili in loco rei sita & secundum hujus loci jura, non domini judicandum esse *L. N. L. III. Art. 33.* Nec si praxin spectes in foro domicilii solum excitantur concursus, bonis alibi sitis; Quin potius si in diversis territoriis bona possedit debitor, diversi etiam excitantur concursus: v. g. certum est *J. S. V. B.* cujus §. 17. memini, quoad personam, communi jurisdictioni subiectum non fuisse: at quum de praedio *Quarnebeck* liberando agebatur, iudex rei sita erat adeundus, & decernebatur proclama *beym Q. G.* 1666. sententia prioritatis autem in *Jud. Prov.* ferebatur. Syndicus provincialis sine dubio forum personale sortitur coram *Jud. Prov.* Moto proinde concursu de bonis *des Land* Syndici *V.* proclama super universo patrimonio, communi nomine in *Judicio Trimestri* expeditum; quoniam vero idem ille bona possidebat in *dem Fürstl. Antheil*, particularis quoque movebatur, dato de iis bonis a *Cancellaria Ducali* proclamate. Haec communiter; extra ordinem facta videntur, quae de proclamate ad preces *C. B. auf N.* concessio supra retulimus, scilicet impetrans *Daniam* incolebat, & citabantur horum *Ducatum* incolae a suis dominis territorialibus. Coeterum, edictorum & proclamatum publicationem ad jurisdictionem pertinere ex dictis facile colligitur, ejusque administrationem inde probari vult *Hondedeus Vol. II. Conf. C. n. 90.* Solet igitur, si litigiosa fuerit, reservatio adjici, vid. Proclama, über *B. Hamb. d. 23. April. 1689. Wann Wir nun*

solchem aller und unterth. Besuch, jedoch ohne Nachtheil der unser Herzogs Christian Albrecht Amt Kiel, etwa zustehenden Jurisdiction in R. und F. Gnaden statt geben.

§. XXI.

Nonnullas nunc percurrere jurisdictiones forte non inutile erit; in tanto praesertim diversorum plane judiciorum numero. Quoad loca in Communionem retenta, citationes non infrequenter decernuntur a Communi Regimine; frequentius tamen a Judicio Trimestri petuntur atque impetrantur: concedit & utrumque proclamata, testantibus id exemplis passim in hac Diss. adductis. Illi citandi potestas tribuitur in Ord. Prov. P. III. tit. 2. §. 1. Huic & in d. Ord. P. II. tit. 3. §. 6. & in Programmatibus ad convocandum Judicium Trimestre publicari consuetis, verbis: *Entbieten männlichen, welche vor Unserm nächstkünftigen L. G. Prozesse einzuführen, und noch Klage zu erheben nöthig erachten möchten. It. wenn Citationes oder Appellations-Processe gebethen. neque ita multo post: simplicis querelae oder Appellationis causas anhängig zu machen gemeinet.* Conf. Fuchf. Lib. I. cap. 20. §. illarum unice causarum cognitione prohibita, *dar auf der Bescheid und die Erkenntnis, die Wirklichkeit einer End-Urtheil, und die Beschwerden, so durch die End-Urtheil nicht gehoben, oder ersetzt werden mögte, in sich halten.* d. §. 6. Quale quid, cum in proclamationibus regulariter non occurrat; & Prov. Jud. citationem petentes eo quandoque remittat, quod d. 19. April. 1725. duabus in causis usu venit; neque etiam ejusmodi remissionum a communi regimine, c. gr. d. 11. Oct. 1669. & 12. Aug. 1672. factarum, desint exempla: nullo magis negotio, quam decernendis citationibus varii generis, Judicia Trimestria occupata videmus: proximis nempe ab hinc habitis, Slesvicensi, ao. 1711. quadraginta & quod excurrit; Rendesburgensi ao. 1722. ultra centum;

tum; novissimo vero Kiloniensi circiter nonaginta citationes decretæ extant.

§. XXII.

Longus & creberrimus usus proclamata decernendi potestatem provinciali quoque iudicio concedit: primum enim, proclamata ad profitendum decreta videmus, licet causa in iudicium deducta non fuerit: v. gr. beyh L. G. zu Rendsb. den 31. Jul. 1636. an die Eingefessene der Fürstenthümer Schlesw. Hollst. so von C. B. auf N. Obligaciones, Hand und Siegel in Händen, und damit eine Forderung anzustellen gemeinet: beyh L. G. zu Gottorff den 10. Oct. 1680. ad instantiam Not. Prov. M. K. an diejenige, welche von ihm Reverse und Scheine in Händen, und damit etwas inskünftig zu fordern vermeinen. Deinde, quoad causas in Catalogum relatas, crebro decernit edictales citationes & ad profitendum & ad professiones, tam durante quam proxima juridica justificandas: Exempla in promptu sunt permulta, pauca ad rem declarandam sufficient. Decret beyh L. G. 1637. Ist, wegen Präferenz zu selbigen Geldern, das abseiten des U. S. Wittwen gesuchte Proclama, erkannt: mit dem fernern Bescheid, wann auf selbiges publicirtes Procl. der Concurfus erfolget, auf künfftigen L. G. der Prælation halben, was den Rechten gemäß gesprochen werden soll. Ao. 1643. d. 21. April. In Executions Sachen C. W. Inmmissionis; ist ein publ. Proclama, Convocatio und Concurus erkannt. it. Flensb. d. 20. Oct. 1680. Fügen allen denen so auf H. v. E. Mutter Nachlaß einige Berechtigtheit zu haben vermeinen hiemit zu wissen, welchergestalt auf jezigen L. G. in der zwischen D. J. H. in Anwaldschafft M. H. ebel. Curat. seiner Fr. C. so dann H. H. in puncto annullandi Testamenti materni gerichtlich verabscheidet, daß die Prætendenten zu Liquidirung ihrer Forderung durch ein publicum Proclama sollen convociret werden. §. XXIII.

§. XXIII.

Restat, dicamus vom General Consistorial-Gericht; L. G. O. P. IV. t. 25. §. 5. Hujus cognitioni, constitutio Regia & Ducalis vom 9. April. 1636. causas commisit matrimoniales & ecclesiasticas, alle Ehe-Sachen wie die Nahmen haben, und was sonst vor Excesse gegen die Kirchen-Ordnung verübet, wie auch da! wegen gedachter Kirchen-Ord. und Disciplin, die Priester jemand zu beklagen, oder selbst zu belangen wären. d. Tit. §. 6. Pastores ergo, qui in prima instantia forum coram Provinciali Judicio sortiuntur, aliis in causis, quam enumeratis illis, in Consistorio Generali non sunt conveniendi; neque etiam conveniuntur, recentissimis exemplis id comprobantibus: vidimus namque pastores eorumque viduas in causis civilibus v. g. illatorum, hæreditatis, debiti, coram Provinc. Judicio Rendesburgensi A. 1723. & 1724. & Chiloniensi ao. 1725. conventos, licet causæ consistoriales separatim in Catalogis fuerint positæ; ut sane non videam, qui defendi queant, quæ Fuchf. refert L. I. c. 20. §. 3. lites, contra Prælatorum & Nobilium pastores, ex contractu vel quasi & certa ratione ex delicto vel quasi movendas, ad hoc judicium pertinere: cum illis temporibus, quibus Author in foro versatus est, alias causas quam quas Ordinatio Prov. eo delegavit, in Consistorio nostro tractatas fuisse non invenerim; de iis autem, quæ ejus praxin præcedunt temporibus testetur Danckw. P. I. c. 4. p. 25. col. 2. Ex quibus apparet, nulla in causis ad Generale Consistorium pertinentibus edictali creditorum citatione opus esse. Sicuti & hujusmodi proclamata ab hoc judicio decreta esse hæctenus comperire non licuit.

§. XXIV.

Pergendum ad judicia der Prelaten und Ritterschafft, his enim competit in suos subditos, officiales, incolas atque
fa-

famulos jurisdictio. vid. Privileg. Frid. I. 1324. am Fridage na
 unfers H. Eren Hemmelfahrt Christi: de Prelaten und
 Ritterschop in vorgeschrevenen Fürstendomen Schleswicz
 und Holstehn, schölen hebbem Hals und Hand und dat hö-
 geste Gerichte aver ehr Undersaten und Deners, sonder
 alle Mittel und der Forsten Bewehr, effte Vorhinderun-
 ge, dorch se effte ehr Umbt-Lüde, edder Befehlhebbere,
 doch vorbehodener Fürstlicher Awericheit und gemener
 Landvolginge und ock Fürstlichen Prærogation. Sunt ergo ho-
 rum subditi, coram eorum judiciis conveniendi, ac per ea quæ
 §. 20. stabilivimus, ab iisdem creditores convocandi vor ih-
 rer Herrschafft gewöhnlich Ding und Recht L. G. D. P. I.
 t. 3. §. 6. Prelaten oder Juncker Ding und Recht §. 10. Ex-
 ceptis iis, qui in Ducatu Slesvicensi unter den gewöhnlichen
 Dingen der Aemter zu Recht gehen d. Tit. §. 2. In Coenobiis
 den Adelichen Jgfr. Clostern, administratur justitia per
 Præpositos, nomine Abbatissæ & Priorissarum: ea distinc-
 tione habita, ut Abbatissæ præcitu & consilio omnia fiant, non
 vero Priorissarum Closter-Ordn. de ao. 1636. §. 29. Præpositi
 itaque quæ jurisdictionis sunt, expediunt; concedunt etiam
 proclamata, quæ si denegaverint, propterea in jus vocari,
 exemplo constat. H. W. aus B. variis rationibus motus pe-
 tierat proclama über sein Gehöffte: quod cum ei denega-
 tum diceret a Præposito, in jus hunc vocabat ans L. G. zu
 Schlesw. Ut vero omnis litis causa removeretur, intervenie-
 bant, quorum intererat rem non proclamari, offerendo suf-
 ficientem cautionem indemnitas; (de qua conf. Mey. ad J.
 Lubec. P. 3. T. 1. Act. 10. n. 16.) Qua præstita, concurrentibus
 specialibus circumstantiis sequens publicabatur sententia; In
 Sachen H. W. Impetr. wieder Hrn. N. dann Interv. C. B.
 und W. E. resp. tut. nomine seel. J. W. und G. B. Kinder,
 wie auch H. B. Curat. nomine D. W. denegati proclamatis;

Erkennen ic. daß, nachdem die Intervenienten ad Protocol-
lum Caution bestellet, daß sie Impetranten H. W., wann
gleich das gebehrene Proclama wegen der mitterl. Gühter
nicht erget, dennoch vor allen Anspruch wollen frey
und schadlos halten, es dabey zu lassen: und solchem
nach Impetratus von der Impetition zu absolviren sey, Slesv.
d. 26. Oct. 1701. Nobiles, quibus interdum adesse solent iusti-
tarii, iis inprimis locis, quæ, cum a liberis hominibus inco-
lantur, litibus magis redundant: proclamata quoque decer-
nunt: ad manus est quoddam in Conc. L. von Jßen aus
Baselau auf der Hohenhorst vom 5. April. 1687.

§. XXV.

Hæc de locis in communione retentis; sequuntur judi-
cia, quæ in cujuslibet Principis parte jurisdictionem exercent,
inter quæ Fuchf. refert. L. L. c. 15. §. 4. Das Königliche Ober-
Amt-Gericht; ad quod cum appellationes ex præfecturis re-
giis devolvantur, appellationum vero causæ sua natura non
facile proclamata desiderent nisi forte judici superiori con-
sultum videatur v. g. zu Beforderung endlicher Richtigkeit
unter den Creditoren ein Proclama ex officio zu ertheilen,
vel causâ ab inferiori iudice advocata fuerit: rara hic esse pro-
clamata nemo non videt; At præter appellationum causas,
alias in prima etiam instantia coram hoc iudicio ventilari &
concurfus moveri; proclamata autem a Regimine Regio de-
cerni perspicimus ex Procl. über die Wildniß, Glückst. d. 24.
Aug. 1728. dato, ad profitendum justificandum & distribu-
endum; verb. bey hiesiger unser Regierungs-Canzley sich
anzugeben, folglich, auf das erst zuhaltende Ober-Amt-
Gericht anhero zu erscheinen, und nicht allein in puncto
Prioritatis, gerichtliche Erkantniß; sondern auch die gericht-
liche Distribution gewärtigen sollen. Cap. vero 17. & 18. lau-
datus author inter illa iudicia connumerat die Königl. Canz-
ley,

ley, und das Fürstl. Hoff-Gericht, a quibus quoad bona & personas iis subiectas decerni proclamata, quotidiana comprobatur observantia. Intuitu civitatum idem videtur dicendum, scilicet cum ordinarie coram his judiciis conveniantur, L. G. O. P. I. t. 4. §. 18., ab iis quoque decernenda proclamata: facit vero in contrarium proclama über die Stadt D. Gott. d. 13. Sept. 1709. ab ipso Seren. Administ. subscriptum & a Consiliario paragraphatum, qui nullo in Cancellaria munere fungebatur. Sed dixeris forte ad Cancellarias pertinere causas iustitiae; causam vero emissae hujus edictalis citationis fuisse economicam, ad boni Principis & patris familias sollicitudines atque curas pertinentem. Existimaverim autem magnam inter privatos homines & universitatem, civitatem intercedere differentiam, causa in primis non privata sed publica, universum ejus statum concernente: ut proinde ex causa licet iustitiae petatur hujusmodi proclama, inscio tamen principe non facile decernendum. Accedit ad firmendam sententiam, quod d. 21. Julii, 1678. Potentissimus Daniarum Rex implorantibus Principibus C. A. & R. E. ceterisque creditoribus N. subscripserit sua manu, Hassniae proclama über das F. Amt N. als haben wir zu Handhabung der heilsamen Justiz das gewöhnliche Proclama ad liquidandum hiemit ergehen lassen wollen. Mandiren demnach allen welche auf das Fürstl. Amt N. und darinn belegene Güter einige Forderungen haben, daß sie innerhalb 5 Wochen in der Amts-Stuben zu S. sich angeben. Idem servavit Sereniss. Princeps Christian. Albert. d. 26. Junii, 1688. proprio motu dando proclama über die Landschaft N. D. wann wir nun aus Landes-Fürstl. Vorsorge Uns gemüßiget befinden sothaner schweren Schulden halber gewisse Nachricht ex officio einzuziehen: als wollen wir gnädigsten Ernstes, daß sie innerhalb einer gedoppelten

ten Sächf. Frist, ihre Forderung angeben. G. unter un-
 fern Handzeichen. His igitur testimonius rem declarantibus,
 videntur proclamata civitatum, praefectarum & regionum
 iudiciis ordinarie concessa non esse, sed immediatæ Princi-
 pum cognitioni reservata.

§. XXVI.

In Regio Ducalique Consistorio, non solum causas eccle-
 siasticas, verum etiam civiles personarum ac rerum ecclesia-
 sticarum ventilari v. g. locationis conductionis, **des Kirchen-**
Landes, angemasseter Kirchen-Stühle, praxi edocemur:
 Licet enim coram Cancellaria Ducali verbi divini ministros
 forum sortiri, Consistorium vero causas spirituales & matri-
 moniales curare, nullo clericorum interveniente referat
 Fuchf. L. I. c. 18. §. 2. & c. 23. §. 1. & ex eo Ludovici Consist.
 Pr. c. 3. §. 16. **Im Hollsteinischen** re. aliter tamen id fieri te-
 statur experientia; multorumque adhuc versatur in memoria,
 B. F. E. Friccium, Confessionarium Ducalem, Consistorii & Ec-
 clesiae Consiliarium, primumque Concionatorem Aulicum;
 supremo huic Ducali Consistorio assidue interfuisse: idque Con-
 siliarii Ecclesiae officio contineri; indicat rescriptum Introd.
 d. 4. Nov. 1703. **demnach wir Unserer re. Hoff-Predigern**
Friccium, zu unseren Kirchen-Nacht Gnädigst bestellet und
angenommen, und in solcher Qualität ihm, gleich seinem
Antecessori, Sessionem & Votum im Ober-Consistorio bey-
geleget. Conveniuntur tam in Regio quam Ducali Consisto-
 rio, Praepositi, Pastores, eorumque viduae v. g. debiti, execu-
 tionis, rei iudicatae, diversorum passuum, cessisque bonis
 concursus ibi moventur, ventilantur, atque ad hunc & alios
 fines decernuntur a Regimine Regio vel Ducali proclamata;
 Quod hic adjunctum conspicitur, datum est Kiliae d. 10. Mart.
 1727. **unter vorgedruckten Regierungs-Canzleyen-Insiegel.**
Als citiren Wir des N. gesamte Creditores, welche sich auf
 das

das über dessen Nachlaß am 4. Dec. 1725. hieselbst abgege-
benes öffentliche Proclama angegeben, hiedurch ic. Gnädigst
wollende, daß vor Uns oder Unserm Ober-Consistorial-
Gericht, ihr den 26. Jun. anhero erscheinet, eure gethane
Angaben gehörig justificiret, und eine Priorität-Urtheil ge-
wärtiget.

§. XXVII.

Sed satis de his; tempus est percurramus inferiora quæ-
dam judicia. In civitatibus actiones instituendæ nach Ge-
wohnheit einer jeden Stadt, und vorigem alten gehaltenen
Gebrauch vor dem niedrigsten Stadt-Gericht oder oh-
ne Mittel vor Burgermeister und Rast, sic jubente Ord.
Prov. P. I. tit. 4. §. 6. Kilix, nomine Burgermeister und Rast
solere publicari, sæpe numero dominicis diebus aures no-
stras circumsonantia proclamata oppido testantur; Hambur-
gi contra proclamata petenda beym Nieder-Gericht, Hamb.
Stadt-N. P. I. t. 42. §. 3. In Præfecturis den Aemtern pro-
clamata decernuntur von den Amtmännern: non Principum
sed illorum præmissis honoram titulis, & nomine sub-
scripto; appositoque præfecturæ sigillo firmantur. Ich F.
Graf v. Ahlefeld ic. Amtmann zu Steinburg und in Dith-
marschen ic. füge hiemit zu wissen, daß zu Convocierung
P. D. in Cremper-Marsch, im Crempdorff Creditoren ic.
präfigiret. Ihehoe am 28. Junii 1684. Pari modo res serva-
tur in præfecturis Ducalibus, sicuti ex sequentibus appare-
bit; demnach N. bey hiesigem Amts-Gerichte anmelden
lassen wie er sein Haus erblich verkaufft, und dahero um
ein Proclama angefücht, welches dann von Thro Hochwohl-
geb. Excell. dem Hrn. G. u. L. Rast wie auch Amtmann
zum K. und B. Hrn. v. Buchwaldt auf S. H. und P. Erb-
Herrn, gerichtlich ertheilet und am 14. Mart. c. a. in der Rie-
tischen Kloster-Kirche nach hiesigem Amts Gebrauch pu-
bli-

bliciret ic. Kiel d. 15. Nov. 17. 6. De provinciis quoque Dithmarschen und Eyderstedt suis legibus judiciisque viventibus, pauca sunt monenda; In Dithmarfia citationes petenda sunt von dem Land-Vogt cujuslibet partis, Dithm. L. N. Art. IV. §. 2. des Süder- oder Norder Theils; idem obtinet in proclamantibus quæ ab iisdem emittuntur; Jure Provinciali Eyderstadiensi dispositum P. III. art. 13. & 28. quod pignus creditori addicendum vel res immobilis emta vor offenem Gerichte in dem Carpel Rechte darunter sie gelegen, durch den Landschreiber tribus vicibus sint proclamanda, ut si quis sibi quid in iis juris esse putet, illud profiteatur, postea autem sileat.

§. XXVIII.

Venio nunc ad Holsatiam tractum, die Herrschaft Pinnenberg vocatum; Qui cum per nonnulla retro secula a reliqua Holsatia separatus fuerit, factum, ut & quoad jura ipsa & judiciorum ordinem in illo a moribus nostris aliquantulum recessum sit; & ea propter mortuis Comitibus Schauenburgicis, suis legibus, paucis mutatis, ut gaudeant, incolis permittum a Potentissimis Danicæ Regibus: vid. Vorbericht der P. S. G. O. edit. Glückst. de ao. 1700. Hic, si aliquis facultatibus labitur, constitutum, ut præfectus der Landdrost, vocato simul in consilium dem Amts-Verwalter decernat proclamata, Pinnenb. S. G. Ord. P. IV. tit. 6. §. 11.

§. XXIX.

Neminem cum judex, ne jure experiatur, prohibere L. N. L. III. Art. 16. indeque nec ut agat compellere possit; non videtur judici concedendum proclamata ex officio ut creditores convocet: nam sicuti omnis citatio regulariter petente parte fieri debet, fute hoc deducente Zaunschleiff. de Officio jud. sup. P. I. & II. §. 1. ita & proclama precibus partium præcedentibus plerumque editur, neque judex privatorum
in

in litigijs officium suum non imploratus impertitur maxime in præjudicium tertii; ut proinde in arbitrio judicis esse nequeat, creditoribus solutionem non urgentibus, vocare eos & impellere quasi, ad formandum concursum vide Resp. Scabin. Lips. in Enunc. Rivini p. 1424. Ipse ne aliena & externa quaram in Cancell. Ducali D. contra C. d. 24. Febr. 1724. & N. contra N. Amtschreiber zu M. querulantes audiui inter alia, quod judices inferiores, creditoribus id non efflagitantibus concursum moverint: Sed hæc omnia eo pertinent, ne judex quid faciat, quod ejus officio non continetur, nec transgresso justitiæ tramite lædat quempiam: Quoties igitur lis jam coepta per emissam edictalem citationem citius finire potest; ea vero omiſſa secure, aut sine tertii præjudicio nihil statui: quoties denique id alia quaque salutem publicam tangens causa suadet; toties vel nemine implorante, creditores judex ex officio ut convocet, jubet aequitatis ratio, Mevius ad J. Lubec. P. 3. Tit. 1. Art. 10. n. 12. præcipit quæ legis vim habet, constanter servata consuetudo. Judex ergo sic suo fungens officio, ut cito, secure & juste lites dirimat, non solum ad movendos concursus, sed alio interdum etiam sine proclamata ex officio decernit; utrumque sequens sententia illustrabit.

Gestalt nach selbiger Separation des verstorbenen W. Creditoren ihre Bezahlung aus dessen Quota zu erlangen; und wird zu dessen mehrerer Beforderung ein publ. Procl. erkannt, mittelst dessen sich desselben Creditores in Zeit duplicati termini Sax. post publicationem in Kiel anzumelden, und da etwa selbige portio zu viel obariret und ad creditorum satisfactionem nicht zureichen könnte; auf künftigen L. G. in puncto prioritatis rechtmäßiger Erkenntnis gewärtig zu seyn, den 12. May 1641.

§. XXX.

Igitur quam diu suis debitor creditoribus satisfacere valet,

F 2

re-

regulariter ad concursum deveniendum non est. Contra & Reip. & creditorum interest, concursum justo tempore moveri, ne mora ipsa & concessa intempestive dilatione nimium crescat æs alienum; novoque vetus augeatur; inducantur plures ad credendum & priorum usuris, quod posterioribus adhuc reliquum erat, temporis lapsu exhauriantur: atque uno bonis labante, multi rei familiaris damnum patiantur: Propterea, sicubi videt iudex reum debitorem suis ulterius non posse creditoribus satisfacere, multorum saluti consulit, convocando cunctos quorum de jure agitur: neque enim ferendum videtur, unum alterumque suum consequi, ubi cognitum, non habere debitorem, unde se ab ære antiquiore forte, liberet. De qua re, an nimirum suis creditoribus satisfacere possit, si forte judici dubium adhuc superest, ne se ullo modo gravatum conqueri possit debitor, iudex ex officio mandatum de solvendo decernit, addita de convocandis ad concursum creditoribus comminatione v. g. implorantibus J. H. & C. L. pro immissione; injunctum dem B. R. Glückst. d. 2. Nov. 1688: daß du sie ihrer an dir habenden Forderung halber, entweder befriedigest, oder auch, weiln mehrere Creditores auf die Distraction des Guths B. dringen, gewärtig seyst, daß mit Convocation aller und jeder verfahren werde. Itaque pluribus creditoribus concurrentibus & uno præ alio solutionem urgente, cum jam re vera concursus adsit. Ludov. Conc. Pr. c. 1. §. 5. iudex omnem merito impendit operam, ut & ocius finiatur & securius. Ex ipsis rebus in judiciis gestis, luculentius patebit, quid in ejusmodi negotiis iudex facere soleat. S. v. W. convenerat coram Judicio Provinciali J. v. N. atque victicem obtinuerat sententiam, salva tamen reconventionem. Quoniam autem reus dicto audiens non fuerat, sub poena immissionis, ut iudicato satisfaceret deponendo pecuniam quaestionis, injun-

ge-

gebatur d. 28. April. 1640. at ille eam in scriptis offerebat, implorando simul nobile iudicis officium, velit oblationem hanc partitionis loco factam sua autoritate ratihabere: Actore rursus realem solutionem urgente, annuit hujus petitis Tribunal d. 26. Maji 1641. iterata sub comminatione faciendæ immissionis in prædium B. Cui vero reliqui creditores; in his debitoris uxor; se opponerant, potiora jura prætendentes; accedebat, quod & illa, cui pro dote prædium vinculo hypothecæ erat obligatum, pulsaretur a suis creditoribus. Quo rerum statu, iudicium, suspensis omnium juribus, ne scilicet in damnum reliquorum creditorum quid statueret: pronuntiavit, daß gestalter Bewandniß, ein publ. Proclama, Convocatio und Concurß zu dem Gute B. Interessirenden zu verordnen, wie dasselbe hiemit ex officio erkannt. Ergehet demnach, des anruffenden Impetranten und eines jeden Forderung halber, was nach Befindung den Rechten gemäß. d. 21. April. 1643.

§. XXXI.

Judicis quoque ad officium pertinet, terminum citatis præstituire; in eo vero constituendo respicit ad observantiam suæ curiæ. Nostri moribus terminus Saxonicus, uti in omnibus regulariter citationibus, ita & in proclamatibus receptus est: Licet vero ordinario citatis per proclama terminus Sax. concedatur, recte tamen iudicis arbitrio committitur laxiorem quandoque, quandoque etiam angustiorem terminum statuere Ludov. Conc. Pr. c. 3. §. 10. quamvis enim O. P. hoc ultimum non concedere, videri possit: P. III. t. 2. §. 2. nihil osæcius ubi id res exigit, breviorum terminum jure a iudice constitui existimo, cum & ratio & praxis hoc institutum comprobent; atque in citationibus, imprimis quibus facti præstatio, qualis est professio crediti, iungitur, idem observetur. Laudatur itaque inferiorum iudiciorum observantia de statuendis sa-

pius brevioribus terminis in causis civium & rusticorum quorum negotia ac commercia non fuisse diffusa credibile est. Laxior terminus tunc inprimis conceditur, si intra consuetum tempus omnium creditorum ad aures proclamata pervenire posse metuitur. Hinc proclamata civitate O. d. 13. Sept. 1709. citatisque creditoribus extraneis æque ac indigenis, terminus constituebatur duodecim septimanarum: Anno vero 1643. moto de prædio B. concursu creditorum, quoniam ejus possessor N. N. diu in terris longe remotis versatus fuerat, triplex terminus Saxonicus præfigebatur. Hactenus de termino intra quem profitendum, interdum certus dies præstituitur, quo omnes creditores comparere debent: hancque praxin cæteris meliorem esse, credit Brunn. in Pr. Conc. c. 2. §. 4. observatur ea in inferioribus præcipue civitatum & præfecturarum judiciis. Nonnunquam terminus implicitus adhibetur v. g. in Procl. sæpe numero allegato, über G. N. Güster zeitig vor dem angeschriebenen L. G. it. über D. v. B. zu N. folgenden Umschlag vor unserm L. G. N. ihre Präntionen angeben, Rendsb. d. 19. Julii 1670. atque hujusmodi terminus implicitus plerumque ponitur in proclamatis ad justificandum, citatis creditoribus an das bevorstehende L. G. quod ipsum quoties fit per sententiam, Decret. aut Mand. citatis incumbit, ut sine ulteriori citatione compareant & secundum ordinem in Catalogo designatum causas proponant, Reink. Pr. Tit. 27. §. 3. Terminus itaque VI. septimanarum constituto (nam licet certus dies dictus fuerit, aut etiam implicitate adjectus solet tamen VI. septimanis continere) currere ille incipit a die publicationis, ita ut, si in omnibus locis eodem tempore publicatio facta non fuerit, terminus computetur a novissima publicatione.

§. XXXII.

Fit ista vel prælectione e suggestu vel affixione ad valvas

curiæ Hamb. St. R. Tit. 7. A. 10. aut alius cujusdam ædis publicæ, Schlev. Diff. de extraord. Cit. §. 17. Procurante eam, siquidem prædia nobilia publicantur, N. J. P. quam curam ad ejus officium pertinuisse jam diu ante medium præcedentis sæculi; testis est sententia in Execut. **Sachen S. W. contra J. R. vom 22. April. 1643.** verbis: **mit dem Bescheid, daß das Proclama, damit es zu männiglichen Notiz gelange, dem Herkommen gemäß vom L. G. N. alsbald publiciret werden solle.** Ex his ipsis verbis simul perspicimus etiam in publicatione procl. ad observantiam & modum consuetum tanquam normam esse omnia perpendenda. Solent vero moribus nostris in septem regulariter civitatibus promulgari; inter istas autem Kilia primum locum tenet, cujus in ecclesia majori omnia fere proclamata nobilium publicari observatum est; quod cum aliquando neglectum esset, motas desuper querelas memini; imo patriarum legum prudentes putasse, eapropter contra præclusionem ignorantia facilius succurrendum; reliquæ civitates arbitrio plerumque petentis eliguntur. Publicatio in utroque Ducatu fieri consuevit, & in templo, cujus prædium proclamandum consors est. Hamburgi & Lubecæ haud raro promulgantur; permulta contra exempla prostant quod ommissæ fuerint. Slesvicensium e numero, si de Holsaticis prædiis agitur, frequentissime eliguntur Slesvicum & Eckernforda: Sed interdum aliter ista servantur, & cum in aliis, tum pluribus septem, evulgantur proclamata. Civitatum primariis Pastoribus ipsa proclamata ad prælegendum e suggestu, transmittuntur: supremus enim judex immediate jurisdictionem exercet, etiamsi alii inferiores judices aut domini, ea, in loco isto fruantur; nisi aliud sit more, usu, privilegio receptum: advertente Dn. N. H. Gundlingio in ff. L. II. tit. 4. §. 25. Hæc de prædiis nobilibus. In urbibus, si cujusdam civis bona proclamantur, plerumque in illa tantum civitate, cui ad-

scri-

scriptus fuit debitor, cujus creditores citantur, nisi vel diffusum ejus fuerit patrimonium multisque negotiis districtum; vel civitatis legibus aliter sit sancitum v. g. **Hamb. St. R. P. I. tit. 14. §. 4. Fridrichsst. R. P. II. Sect. 1. tit. 11. §. 4.** hisce nempe constitutum, ut in adjacentibus civitatibus publicatio fiat. Quoad subditos nobilium; in concursu **L. v. Jffen** incolæ **Hafelavienfis**, promulgatum d. 5. April. 1687. zu **Hafelau, Hafeldorff und Utersen**. In tractu **Pinnenb.** statutum **P. H. G. D. P. V. tit. 7. §. 12.** daß solches in dreyen Kirchspielen dieser Herrschaft **P.** zur Publication befördert werde. Addendum, relationibus publicis nonnunquam inferi citationes creditorum; sapissime autem moneri per easdem, ut si quis in hæreditatem a defuncto, cujus hæredes proximi ignorantur, relictam prætendat, illud confiteatur.

§. XXXIII.

Publicationem sequitur professio: primum itaque quid profitendum constare debet; quod utique ex fine proclamatis, qui est securitas, dimetiendum: scilicet, quæ intenditur ab omni obligationis vinculo liberatio, indicat omnia jura quæ quis in rem vel personam proclamatam se habere contendit, profitenda esse; idque sibi volunt verba solita: **die enige An- oder Zuspriche zu haben vermeinen, sie rühren her** ex quocunque capite vel causa sic immer wollen. Quæcunque interim specialia capita vel causæ debendi nominatim exprimuntur, (exprimuntur autem eæ inprimis, contra quas sibi maxime prospectum esse cupiunt proclama petentes v. g. ex obligatione, contractu vel quasi, fidejussione, servitute, **Beyspruchs-Recht**, conf. **Reyheri Hist. Jur. cap. 42. §. 56. Brautschatz, Gegenvermächtniß**, aliæque jam ante sub verbis ex quocunque capite comprehensæ) naturæ negotii nihil addunt; utpote quæ nec ultra nec præter suos terminos quicquam operatur; sed licet haud fuerint expressæ, nihilominus,

nus,

nus, qui ex iis quicquam sibi deberi autumant, illud profiteantur necessum habent: cavendum vero, ne, si quis creditores citatos esse vult, clausula ista generali omiſſa, ex certa causa petentibus professio injungatur; sic enim, cum iis unice, qui ex causa debiti vel pacti quod petunt, professio injuncta sit, nemo quoque præter eos, præclusus dici poterit. Ex quocunque autem capite prætendentes, ut semper citentur, vel pro citatis habeantur, indoles proclamatis non exigit. conf. §. 12. Istis igitur fundamenti loco positis, cessant difficultates, quas movent DD. qui creditorum nomine veniant? disputantes; estque evidens, a professione immunes non esse, qui jure domini rem petunt, nostra enim præsumuntur, quæ sunt in custodia nostra, *L. N. L. I. A. 5. in fin.* quapropter dominium allegans, in termino justificationis hoc probare debet, Ludov. c. 14. §. 4. At vero ad justificandum nemo admittitur, qui suum creditum professus non fuit. Praxis sententiam nostram confirmat, ut ex per plurimis illustra quædam adferam, d. 29. Dec. 1704. D. C. de B. jura domini professus in prædium B. Ao. 1711. *J. v. N.* jura domini in prædium *N.* deduxit; sibi ergo impotent, qui, quod fieri solet, negligunt. Profitenda porro quæ ex contractu vel quasi jura competunt; quod ex tutela judicio reliquum est, negotiorum gestione repetitur; pro curatione funeris expensum, vel alio modo in rem versum. Simili ratione usuræ, damnum datum, quodque interest, factum quid aut solutum non esse, profitendum. Creditor vero, qui pignore gaudet, *der ein handhabendes Pfand hat*, indeque ab antiquioribus etiam hypothecariis tutus est, ut se concursui immisceat, cogi nequit: utiliter tamen proficetur, sibi que in eventum, si pignus non sufficiat, reservatio prospicit. Ex delicto quæ oriuntur actiones, nobisque tribuuntur, quin profitenda sint, non est dubitandum: & professæ reperiuntur tam injuriarum actiones, quam quod

G

por-

poenæ nomine ex mandato poenali, vigore O. P. P. 3. tit. 2. § 9. parti impetranti solvendum. Illud aliquando disceptatum fuit, an, quæ in diem vel sub conditione debentur, & nondum exigi queunt, profitenda & professâ justificanda veniant. Saltem, verba **jezo oder künfftig einige Prætensiones zu haben vermeinen**, quæ extant in proclamate über Spanien de ao. 1690. jura jam nata non nascitura demum tangere in aperto est; cum quod non est, non possit perire. Hinc præclusi exceptionem, medico & chirurgo, ægrotanti debitori post elapsum proclamatis terminum succurrentibus, opponi non posse, sed iis privilegiatum locum concedendum, in contradictorio evidum est bey **H. Conc. d. 19. April. 1723.** Illis vero, quæ eveniente die vel conditione effectum nanciscuntur, non extinctis securitatem haud obtineri, nemo non videt. Recte ergo & ista in praxi profitenda censentur, Brunn. Proc. C. c. 2. §. 7. v. g. jus hæreditarium pactitium vivente licet adhuc eo, de cujus hæreditate agitur. Hypotheca evictionis causa constituta, evictione etiam nondum eminente, quin & lite pendente illud, quod per sententiam iri adjudicatum creditur. Facta autem juris, in casum & eventum certo extitutum competentis professione, provocationi ex L. si contendat ante illius existentiam locum esse, in causa **Dn. B. contra H. u. C. B.** rejecta exceptione non competentis provocationis, ad impediendum litis ingressum opposita; pronunciavit **Jud. Prov. verb. daß Citati mit der Exception nicht zu hören, sondern schuldig ihre an die libellirte Wiederfalls-Gelder etwa habende Prætension, hieselbst, sofort, anhängig zu machen und zu justificiren; oder daß ihnen soltherwegen perpetuum silentium imponiret werde, gewärtigen. Kiel, den 23. Aug. 1712.**

§. XXXIV.

Professiones ubi faciendæ sint, plerumque in ipso pro-
gram-

grammate a iudice indicatur; In causis communis jurisdictionis fieri solent beyhm L. G. Notario; privativa autem bey der Regierungs Canzley oder beyhm Canzley Secretario; utrumque raro aliter servatur: in proclamate tamen über die Stadt O. injungebatur; sich bey dem Amtmann anzugeben: & in Procl. über des L. G. N. R. Geschäfte, bey Unserm Racht und Land Cansler Dr. von Hatten, als krafft dieses verordneten Commiss. vid. Procl. vom 28. Jun. 1684. §. 5. vom 21. Jul. 1668. §. 24. relata. Per totum vero tempus termini praestituti, integrum est creditoribus, adire eum apud quem faciendae sunt professiones, suaeque jura indicare. Fit vero professio, vel in scriptis, schedula liquidationis, sic enim vocari solet, coram exhibita, aut per litteras transmissa, vel oretenus von Mund aus in die Feder ab annotatore, calamo excipienda. Documenta, quibus professio innititur, in originali exhibentur, eaque una cum schedula liquidationis producta signata, manentibus ad protocollum vidimatis copiis, recipiuntur. Omnia tamen & singula documenta, quorum, ad jura postea in iudicio deducenda opus videbitur, ut proferantur, necessum non est; principaliora sufficiunt, modo ne ex illis novum punctum ante non professum deducere quis velit. Profitentes simul adducunt causas debendi, notantes privilegium forte competens, obstaculum, hypothecam, annum & diem contractus initi, summam crediti, factam ex parte solutionem, usuras, addita reservatione beneficiorum, in specie appellationis. Vult enim praxis & ratio legum de appellationis reservatione statuentium L. G. O. P. II. tit. 3. §. 1. & 2. P. IV. tit. 16. §. 3. ut in prima statim scriptura, reservatio fiat: quod cum bene sentiret Dn. C. W. B. cautus sibi appellationem reservavit ao. 1703. in Prot. Prof. über B. Reservari porro solent, ulterior deductio, iuramenta, & jura contra fidejussores, condebitorum, debitorum

uxores, in specie obstagii, jam denunciati vel impofterum denunciandi; vel si pignus possideant retentionis: quandoque etiam protestantur de se non intromittendo concursui, nisi eventualiter & quantum de jure. Formulam Prof. vide apud Fuchsium Lib. 3. c. 11. §. 10.

§. XXXV.

Protestationes & professiones sequuntur nonnunquam contradictiones, reprotestationes, nonnunquam provocaciones ex L. si contend. ex L. diffam. Solent nimirum professi contradicere professionibus, quas jure destitui, sibi que perquam noxias fore credunt, eoque efficere, ne usque ad legalem causæ deductionem hominibus sinistra quædam de illorum jure hæreat opinio: interdum etiam, ut hujusmodi professiones ab ipsis profitentibus deserantur. Quod ad provocaciones, hoc sane singulare est, quod non solum ad profitendum, sed etiam postea ad agendum creditores nostros, compellere possumus, neque enim hoc regulariter licet, *L. R. Lib. I. art. 42. pr.* *Man soll niemand zwingen zu einer Klage, sed patrocinatur nobis ipsius hujus juris æquissima dispositio verb. ein jeglicher mag wohl seinen Schaden verschweigen, und nicht klagen dieweil er will.* Scilicet, taceat quis quamdiu vult, damnum sentiat ad libitum; simul ac vero alterius interest; jure ad agendum adigitur, tum a*ctio*ne ex L. si cont. cum etiam Diffamari; illa quidem sæpius instituitur ob factas professiones; hæc rarius; ea tamen usus bey*m* *L. G. zu Rendsb. 1569. m. Sept. B. v. D. contra D. v. D. wegen das Guht B. so Beklagter als ein Lehn Guht beygesprachen.*

§. XXXVI.

Ergo proclama, rite justeque decretum ac promulgatum, emanantibus, ratione rei proclamatae silentium ipso facto imponit, vi clausulæ poenalis adjici solita: mit der Commi*nation*, daß der oder diejenige so sich in obbesagtem Ter*mi*no

no nicht angegeben werden; mit ihren habenden Forderungen präcludiret, und hernach ferner nicht gehöret, sondern ihnen perpetuum silentium imponiret seyn soll: interdum verba *ipso facto*, adjiciuntur e. c. über Weseby den 19. Jul. 1670. dieselbe in poenam präclusi ipso facto verfallen und perpetuum silentium ihnen imponiret seyn soll. quæ verba licet omiſſa fuerint, natura tamen negotii idem operatur, ut proinde sententia präclusiva minime opus sit. Comminatio scilicet legis vim habet, quod illa non disponit, hoc frustra requiritur: Innumera proclamata v. g. rei venditæ nulla inſequitur sententia, atque nihilominus sua iis constat autoritas; secus si fieret, primario effectu carerent: in utilis esset, quæ ob justam causam quandoque indulgetur restitutio; corrueret, denique, quam §. 11. attulimus de differentia inter citandos ad profitendum, justificandum & liquidandum distinctio, judiciorum usu comprobata. Quin potius, præterlapſo termino, illico nascitur exceptio präclusi, litis ingressum impediens & a iudice supplenda Stryck. Tr. de Action. for. p. 295. conceditque proclama hac sua präclusione ingentem securitatem, repellit omnem agentem, inducit bonam fidem, licet proclamatus sciat, se debuisse, conf. E. Hennings Collat. Proc. Holsat. cum Proc. J. Com. & Sax. Th. 47. Präclusi autem exceptio tantam habet vim atque efficaciam, ut etiam opponatur pupillis, vid. Lyncker. R. XI. n. 48. qui de nostris terris loquitur; non tamen hi; sed eorum tutores damnum sentiunt, qui & propterea citantur, P. II. t. 8. §. 3. & juramentum justæ ignorantie præstant; ita in *S. zu Verdoehl Conc. Urthel*, de Ao. 1666. habentque in illorum bonis hypothecam, Dn. D. J. Koltemann. Synd. Provinc. Diff. de J. priorit. favorabili c. 2. §. 16. & contra eos regressum, *Lomb. I. c. 30.* *Dithm. L. N. Art. 23. §. 3.* Magistratus vero tenetur in subsidium, *Gemeinschaftl. Policey-Ord. rubr. von der Minderj. Tut. in fin.*

Michaelis Resp. Kilon. R. I. p. 6. Gieseb. Just. Harm. L. I. t. 24. n. 132. Præcluduntur & ecclesiastica nomina: ita in concursu des Hrn. G. zu E. Flensb. den 13. Nov. 1674. die Kirche zu Le-ting. conf. §. 37. Horum quippe curam gerunt patroni, L. G. O. P. IV. t. 25. §. II. damnunquæ negligentia datum, refarciunt. Const. Regia von Pfand- und Schuld-Prot. §. 6. Dn. Böhmeri Diss. von Kirchen-Schulden c. 1. §. 13. Pariter præcluduntur die Restanten der Contributionen. Iusti enim bonique amantes horum Ducatum Principes, legibus sese subjecerunt, L. G. O. P. IV. t. 3. §. 1. non habemus itaque, proclamatis voluisse sese eximere, quod coniciamus. Accedit, officiales, quibus hoc datum est negotii, ut collectarum curam gerant, ad sufficientem cautionem adstringi: R. Cammer-Ordn. vom 1. Jun. 1720. eosque damnun negligentia sentire oportere d. Ord. Ducal. 26. Mart. 1682. Denique Sereniss. Principum nomine non solum contributiones, sed & alia debita profiteri, comprobant protocolla Profess. & Sent. Priorit. Idem dicendum de contributionibus conventionalibus Prælatorum & Nobilium ad perillustis hujus corporis utilitatem impositis, den Landes-Anlagen; quod in Contradict. placuit iudicio Prov. ao. 1712. Kilie habito, in causa H. auf B. contra H. altero interferente, non solere hujus generis credita profiteri; altero autem contrarium probante. Postremo, nec redita quidem aggeralia Reich-Schulden vocata, licet alias singularibus juribus gaudeant, L. G. O. P. I. t. 5. §. 1. excipiuntur: facit eo, præter jam dicta, quod ex alio capite, nova scilicet post præclusionem agnitione, solutio injuncta fuerit: causa B. zu G. contra E. v. B. geforderter Reichs- und Roegs-Kosten; ihre auch post lapsum procl. zugestandene Schuld, auf vorhergehende am gehörigen Ort formirende Liquidation, an Citaten sofort abzuführen schuldig. Flensb. 1674.

§. XXXVII.

Sed, in tanto rigore, lapsis interdum restitutione succurritur: tunc scilicet, ubi quis probabiliter docere potest, proclama ob justum & legitimum impedimentum ad suas aures non pervenisse, & intra terminum Saxonicum a tempore scientiæ profitetur. Sicuti vero solus ignorantiae prætextus nil efficit, Berger. P. II. *Rf.* 234. p. 406. sed justa & probabilis ignorantiae causa juramento ut confirmetur, atque sic suppleatur probationis defectus, vult O. P. P. III. t. 21. §. 1. Ita poena præclusi & contumaciæ locum non dat, contra causas impediementi afferentes, P. III. t. 9. §. 3. Quanam autem justæ reputandæ, judicis arbitrio & conscientiae relinquitur: inter has absentia referri solet; absentes hic dicuntur extranei & incolæ, qui tempore publicationis apud exteros morantur, O. P. P. 4. t. 16. §. 9. *Löwb.* L. I. c. 41. de extraneis exemplo sit *Nathlause* Concurs-*Urtheil*, Gott. den 29. Dec. 1648. *Th. von Langen*, weilien dieselbe auffe halb Landes gefiffen; jedoch, daß in Zeit der Ordnung der nechsten, bey *m L. G. N.* mit ihrem Eyde wird erhärten, daß sie vom ergangenen Procl. keine Wissenschaft gehabr. *it. W. P. Sent. Prior.* über *W.* Gott. den 3. May, 1639. *J. N.* aus Lübeck, woferne er, als ein auswärtiger, mit seinem leibl. Eyde wird erhalten, daß das ad liquid. intimirtes Proclama zu seiner Nöth nicht gelanget. *Quod incolæ absentes*: *Sent. Prior. C. v. B.* Gotorff. d. 2. Oct. 1671. *E. R. von B.* wann er zusehenderst mit seinem leibl. Eyde erhärten wird, daß ihm seiner Entfernung halber, vom Procl. über *P.* keine Wissenschaft eher zugekommen, noch den Terminum wissentlich vorbeystreichen lassen. *Famulos porro, ob juris ignorantiam, nec scivisse quod residuæ mercedes sint profidendæ, restituendos esse, æquum videtur.* Quamquam itaque, qualificata ad restitutionis effectum esse debeat ignorantia, ita ut nec sola,

juramento licet confirmata, sufficiat, sine justa causa; nec sola causa v. g. absentia, regulariter excuset, nisi probata ignorantia; nec sola scientia obsit, quando per scientem non stetit, quo minus profiteretur: favore tamen ecclesiarum nudæ ignorantia locum interdum datum esse, diversa præjudicia probant. *Causa, der Vorstehere des Closters St. Joh. zu Lübeck, contra J. N. Glensb. den 17. Nov. 1654. & in Conc. H. v. W. zu S. Gott. den 2. Mär. 1661. und ob zwar gedachte Pastoren, Kirchen-Diener und Juraten, post terminum in Procl. præfixum, sich allererst mit ihren Prætionen angeben, und secundum rigorem Juris darmit nicht mehr zu hören wären; so werden sie doch ex singulari Clementia und anderen beweglichen Ursachen, gestalten Sachen nach, für dismahl admittiret: jedoch mit der ausdrücklichen Condition, daß sie samt und sonders corporali juramento zu forderst erhärten, daß sie von dem Procl. vorher keine Wissenschaft gehabt, und so bald ihnen solches kund worden, sich ungesäumt bey dem L. G. N. angegeben haben. Quæ cum probatio, per juramentum facienda, subsidiaria sit, L. G. O. P. III. tit. 21. §. 1. pars altera scientiam probans auditur; uti pron. in causa der Pastorin H. contra S. W. jüngere Creditores, in puncto Crediti 595 Rthlr. incidenter præferentia, und ab adverso fürgeschützten Exception præclusi und informalitatis. Wird von Uns ic. klagender Curator prævia cautione de rato, zugelassen; auch Beklagte mit ihrer angegebenen Probation der Wissenschaft publicirten Proclamatis gehöret. B. N. W. Glensburg Ao. 1666. Tantum! plura enim me potuisse depromere, negare non aulim.*



VIRO JUVENI

JOACHIMO FRICCIO,
DNICANCELLARII PROVINCIALIS REGII AC DUCALIS
FILIO NATU MINORI,

AMICO PLURIMUM COLENDO

FRID. GOTTLIEB STRUVE, D.

S. D. P.

Ex eo statim tempore, quo Tuum, Amice Suavissime, felicissimum ingenium mihi innotuit; id quod ex auscultatione Tua sedula Lectionum mearum tum publicarum tum privatarum contingere coepit; spem semper de Te concepi summam, talem Te fore, qualem sibi virtus & doctrina Optimi Tui Parentis exoptaverit. Etenim Te, cum fratre Tuo, pari laude digno, facilem in adprehendendo, promptum in respondendo, acutum in percontando, & in omni litterarum studio ita adfiduum deprehendi, ut reprimere potius diligentiam, quam excitare oportuerit. Accidit nimirum in Tuo exemplo illud, quod Imperator Justinianus monet in Novella V. cap. 3. circ. fin. ubi dicitur: *Seniorum conversatio juventutis educatio perfecta est.* Quod prudentissimum Imp. monitum in intima juris ratione fundatur; Siquidem ex communi sociali vita, natura hominum, ad imitandum prona, semper aliquid attrahit, quod in virtutem vel vitium convertat. Tua, Amice dilecte, indefessa cum litteris conversatio; Tua ex Seniorum & Prudentum consilii instituta vita, evasit jam ad illam perfectionem, quam proba ac pia educatio in aetate majori collocat. Ita scilicet zelus virtutis, aetatis saepe terminos transgreditur. Habes ante oculos illustria agnatorum quoque & cognatorum Tuorum exempla, insignibus virtutis ac honorum praemiis ornata;

H

Qui-

Quibus omnibus erecta Tua ad bonas artes & disciplinas mens, movetur, promovetur, atque ad omne honestatis fastigium extollitur. Sic ergo solidis innutritus principiis; sic prudentiorum institutis excultus, jam in publicum prodis, Dissertationem docte elaboratam, sine Præside defendendam suscipis. Rarum certe honestissimæ audaciæ exemplum. Ex ipsis ætatis adhuc florecentis annis, in ipsam studiorum maturitatem transcendis. Sic illud, quod in disciplinis pulchrum est, assequeris. Sic Seniorum officiis intercidis. Sic fructus conversationis litterariæ profers & capis jucundissimos. Certe liberalis facies, animi candor, morum probitas, quæ in Te adparet, certa est securæ fortunæ sponso. Nec enim oblectaris illis juventutis illecebris, quibus ætas illa in perniciem rapitur. Non inania conversationis politicæ ornamenta, sed vera adpetis. Proce- das igitur felicissimo auspicio in generosis Tuis cœptis; Ad- scende Cathedram felici successu; ut Patriæ aliquando profi- cius, ac Reipublicæ litterariæ nec non forensibus negotiis uti- lissimus existas. Dabam Kilon. die 10. Januar. M DCC XXIX.

**IOANNES. ZACHARIAS.
HARTMANNVS.**

**I. V. D. & P. P. O. FACVLTV. IVRID. ASSESSOR.
IN. ACAD. KILIENSI.**

CLARISSIMO. ET. ORNATISSIMO.

VIRO. IVVENI.

IOACHIMO. FRICCIO.

S. P.

Nimis velim, atque etiam votis deposcam, vt sanguine Cimbrico creti ceterique legum gnari Cimbricarum siue hoc siue illo genere nonnihil conferant in Juris Patrii enarra-
tio-

tionem. Esse foecundam doctissimis Iurisconsultis Holfatiam quis abnuat? Ergo singuli *nomnihil* contribuant: utcunque dispari felicitate non absimili tamen studio. Neque enim nos teneat, ut de vnica Iuris Scripti Holfatici specie dicam apertius, Corporis Constitutionum Holfaticarum omnium, quas scriptum ius Holfaticum appellare non haereo, licet ob stare videatur *Land Ger. Ordn. P. II. tit. 3. §. 3.*, ab vno homine priuato componendi expectatio. Opus hoc plurimas ob causas perdifficile ac pene impossibile acutius celeriusque cogitatur quam perficitur. Et qui cogitauerunt

Apparent vari nantes in gurgite vasto.

Vtinam ex nostris Papinianis, Ulpianis, Iulianis alius aliud illustrare pensum, & quisque vel vnico corrupti peregrinis placitis vel etiam longa desuetudine obscurati Iuris Patrii articulo lumen commentariis suis foenerare destinaret! Et affatim putarem ab vnoquoque iri praestitum. Factum id olim fuisse vel fieri etiam nunc & publicae rei & mea imprimis per magni retulisset vel referret. Saepenumero enim mirari mihi contigit, atque etiam, ne quid dissimulem, indignari, me aliunde in hanc Academiam delatum praeter Iuris Romani etiam Patrii docendi munus sibiisse, hominem, quod ingenue profiteor, ea in re nullius per se sibi facultatis conscium. Conduceret sane, si recte iudico, a primo vel seniore in Ordine Iurisconsultorum spartam illam ornari, legum patriarum magis perito, non equidem gestante humeris suis Getica & Partica & Romana tropaea, & Duodecim Tabulas, non Iuris exotici & reconditi mole vel fumo auditores suffocante. Certe animaduertere licet, eum, qui non hausit auram communem, legibusque Romanis, quibus tanquam vinculis videtur constrictus, vnice adquiescere doctus est, harumque multa millia, etiam non ferente occasione & in re qua comprobatione eget nulla, deblaterare egregie didicit, stomachari subinde nostra omnia.

omnia. Quae res non potest non male nos habere. Quare, omni liberali doctrina politissime IOACHIME FRICCI, de multisque aliis, Germanica iura inque illis Holfatica non minoris quinimo maioris recte facientibus quam quaelibet extranea statuta, optime meritis es, quod ea, quae circa publicam Citationem in foris nostris obtinent, executiunda duxisti Dissertatione docta variisque singularibus observationibus adpersa. Natura non possum blandari cuiquam. Verum ipse ille labor tuus abunde ostentat, quam possint omnia praeclara abs Te Viro etiam Iuvene proficisci. - Alii, si quid simile audere velint, id senectuti suae seponendum duxerint. Sed Tu vero in litteris natus es, qua laude Graecos Cicero adfecit. Plus dicam: ad forenses prudentiam educatus es & institutus a pueris. Adfers ad excelsam indolem diligentiam, quae frenis eget, quae est sine modo. Nam a misera vnus disciplinae artisque scientia non aestimas solidam eruditionem, quae certe plures suo continet ambitu. Praeterea probitas tua, quae sapientiae omnis caput est, veraque animi integritas, atque elegantia morum non quaesita, in obseruatione Tui me perduxerunt, cuius fidem publica nunc testor professione Tibique iuxta insignis eruditionis specimen propalam editum gratulor. Rogo, Tui me amatorem diligas. Et prospera omnia Tibi precor, & Te, qui in spem curarum ingentium sepositus videris, praemia non exigua mansura non venus auguror. Vale! Kiliae die XV. Ianuarii

M. DCC. XXIX.







ULB Halle

004 367 324

3







22

Præ 23. num. 46. #2.
D. B. V.

DE
EDICTALI CREDITORUM
CITATIONE

1729,1

31

P 487.

VULGO
PROCLAMATE
SECUNDUM
JURA SLESVICENSIA AC
HOLSATICA,
GRATIA ET AUSPICIIS
RECTORIS
MAGNIFICENTISSIMI,
AMPLISSIMI ICTORUM ORDINIS
CONSENSU,

DIE XXI. JAN. A. O. R. MDCCXXIX,
IN AUDITORIO MAJORI
HORIS CONSUETIS

SINE PRÆSIDE
DISPUTABIT
JOACHIMUS FRICCIUS,
HOLSATUS.

KILIE,
LITTERIS VIDIÆ B. IOH. CHRIST. REUTHERI
ACAD. TYPOGR.

